Opactwa
Orlowskie
go

NB Acta seu Privilegia Orloviensia sunt vidimata in Cancellaria Boemica Anno 1696 Viennae in Austria

Wierzbicam probat adversa ~~quod~~ Illustrissimus Dux Teschinensis vendiderit Dno Petro Ossinski, adeoq Successor Principis tenetur ad res[...] ut sub Numero 22 producatur

N. Inv. 5300.

Rssmi Lamberti Abbatis Orloviensis OSB. Scripta.

1

✠

In Nido Aquilensi seu Orloviensi

Hunc Partum genuit aut edidit, multo labore, Cura, Sollicitu-
dine ac expensis, Pater Lambertus K Conn Electus Abbas
Orloviensis Anno Millesimo Septingentesimo decimo tertio.
pro quo Oretur Ave., ut hic partus convincat ac supprimat
omnes hæreticas perversitates, reddantq tam Bona Occupata
quam Occupatores ad Ovile Christi ..

Partus armatus genitus in Nido Orloviensi: qui obscura de tenebris erigit, et luce veritatis illuminat. Seu Succintissima Connotatio ac Connexio Privilegiorum, Documentorum, actionumque Abbatiae, et Conventûs Orloviensis in Silesia et Ducatu Thesinensi.

Erectio firmatur munimentis sub Nrō. 1: 2. 3. 4. 6. 14. 21.
Possessio ferè omnibus documentis his infrascriptis.
Spolium seu Expulsio. sub Nrō 14. 21. 22. 28. 30. 31. 32. 35. 36.

Erectio hujus Abbatiae deest; quia sublata cum alijs Privilegijs ac munimentis, cum tota Suppellectili, tempore Spoliationis, tam Ecclesiastica, quam domestica, cum omni ornatu Abbatiali, baculo seu Pastorali, Crucibus, Infulis, Calicibus Patenis, Monstratorio, Casulis, Pluvialibus, Dalmaticis, et integro ornamento Ecclesiae: Argentaria Ecclesiastica ac Abbatiali. Bibliotheca, et omnibus rebus mobilibus et immobilibus, cum omni instrumento, et re familiari, cumque omnibus pertinentijs, Villis, Pagis, et Praedijs instructis, Equis, bobus, Vaccis, Ovibus, et omnibus pecoribus, quadrupedibus ac volatilibus; dumque expulsi fuissent Monachi ex Monasterio Orloviensi post decessum sui Abbatis, per Illustrissimum Venceslaum Ducem Thesinensem. Sub Augustissimo Ferdinando primo Imperatore Anno 1562. Quod totum tam Erectio, Possessio, quam Spolium sequentibus probationibus firmatur, vel poterunt firmari firmius alijs reperibilibus.

1. folio primo — Anno 1227 Obtenta fuit Bulla ac Confirmatio justae pacificaeque possessionis, cum omnibus juribus ac pertinentijs suis, purè super Villam Orlovam, à Gregorio Nono Pontifice Maximo. In qua minatur Omnipotentis Dei, ac Sanctorum Petri et Pauli indignatione Invasoribus.

2. folio primo — Anno 1229. altera Bulla obtenta fuit ab eodem Gregorio Nono Pri

Pontifice Maximo, in qua non solum Villa Orlova, sed et alij Pagi Specifi
cantur, videlicet Grusow, Grodziec, Dubrowa, Koczobong, Cierlicko, Gorice
majus, Vchylsko, Ostrava, Wierzbica, Zabloaie, Goltkowice, Zukow, in qua
Bulla extendit censuras contra Invasores, Occupatores, ac Detentores, à qui
bus si non resipuerint, privat eos omnibus honoribus, et separat à Commu
nione fidelium, et plura docet, hæc præfata Bulla in suo Originali

3. folio 5tio Anno eodem 1229. ut in hac Bulla Gregorij Noni Pontificis Maximi expres
sius notatur: Conferuntur Monasterio Orloviensi Decimæ, ab Illustrissimo
Dno Laurentio Episcopo Wratislaviensi, cum Consensu totius Venerabilis
simi Capituli Sui, et cum approbatione Sacræ Sedis Apostolicæ in Castel
latura Retti Boriensi circa Kozle et Rybnik, ut in ipso Originali Clarius.

4. folio 7 Anno 1268. luculentius et magis elucescit Bulla Gregorij Noni Ponti
ficis Maximi posterior: ex Confirmatione Privilegiorum à Vladislao
Duce Oppoliensi facta, ubi specificantur bona quædam, cum omnibus per
tinentijs suis, utilitatibus ac libertatibus, ut videlicet Sal per totum,
Orlova Dubrova, Koczobancz, Wierzbica, Zabloaie, ad Salem taberna to
taliter, ac in tribus Villis Zukow, Ostrava, Cierlicko, et infrascriptis
Villis, ex quo termino docetur, quod fuerint plura privilegia, ac plures
Pagi, Villæque qui non sunt specificati. Quo etiam Privilegio magis Bulla
mentionata elucidatur; quod non solum Decimæ ex prætactis Pagis
spectaverint; verum etiam Villæ specificatæ cum infrascriptis, ut
in Originali manifestius docetur.

5. folio 8. Anno 1292 Wierzbicensis Ecclesia, fuit affiliata Werbergensi Ecclesiæ
à Joanne Abbate Orloviensi, prout videre est Privilegium Werbergæ

ab eodem Joanne Abbate et Simone Priore ejusdem Conventus, datum subscriptum, ac tribus Sigillis munitum, ex quo probatur, iam fuisse formale Monasterium: Quia Priores non eliguntur, neque constituuntur, nisi in formalibus Monasterijs et Conventibus.

6. folio 9. Anno ~~1454~~ 1439. Bulla Gregorij Noni Pontificis Maximi fuit Authentisata per Reverendissimum Dominum Zbigneum Episcopum Cracoviensem, quae extat conscripta ac subscripta de verbo ad verbum sicut in Originali.

7. folio 12. Anno 1454. Probatur Monasterium formale in Orlora fuisse, cum suo legitimo Abbate, dum non agnovissent Abbates Sieciechoviensis, Orloviensis et Starotrocensis immediate subiacentes cum suis Monasterijs Conventui Tynecensi Matthiam Skavinkam electum Abbatem, pro legitimo Abbate et Superiore, eo quod defectuose, et sine assistentia horum Abbatum et harum Communitatum electio fuerit ordinata. Et ideo Dnus Abbas Skawinka appellavit ad Nicolaum Quintum Pontificem Maximum, ubi in ejus Bulla specificatur Joannes Abbas Orloviensis, cum Patre Laurentio Socio suo, et Patre à Communitate (ut iuris et moris est) pro tali actu misso.

8. folio 15. Anno 1466 Ecclesia Orloviensis Consecratur per Reverendissimum Dnum Episcopum Laodicensem Suffraganeum Cracoviensem, ex speciali indultu Illustrissimi Episcopi Wratislaviensis, sub Joanne Abbate Orloviensi, qui probatur administrasse munus Abbatiale ultra viginti annos quod patet ex Bulla Nicolai Quinti Pontificis Maximi de Anno 1454 et Consecratione Ecclesiae de Anno 1466. ut in Originalibus docetur. et electione seu morte Joannis de anno 1479.

9. folio 17 Anno 1472. Bulla Gregorij Noni Pontificis Maximi denuo fuit Authentisata, per Eminentissimum Dnum Marcum Divina miseratione Cardinalem ac Patriarcham Aquilegiensem, in cujus etiam Bulla omnia specificantur sicut in Originali.

10. folio 19 Anno 1479. datur Sculteția in Villa haereditaria Zablocie Joanni Hartman ab Abbate Tynecensi cum certis conditionibus in Privilegio seu Originali clarissime expressis.

11. folio 20 Anno eodem 1479. Extincto Joanne Abbate Orloviensi, eligitur in domo Religiosa Tynecensi Petrus Zarnowiecki, qui postmodum fuit praesentatus Illustrissimo Dno Rudolpho Episcopo Wratislaviensi, et ab eo investitus ac introductus per Admodum Reverendum Dnum Parochum Reychwaldensem in Possessionem Abbatiae Orloviensis ut Clarius in Originali.

12. folio 21 Anno 1496. Agitatur Causa coram Casimiro Duce Thessinensi circa permutationem Pagi Wierzbica, inter Abbatem Orloviensem, et Dnum Petrum Osinski qui concluso inani contractu, nullus servatur in hodiernum diem, cum Dnus Petrus Osinski, nec alium Pagum emerit, neque peccuniam annuatim assignatam, tum pisces secundum conclusionem Ducis Thessinensis dederit. Insuper ut sub Nro 39. litterae à Conventu Tynecensi missae de Anno 1497 aliquid aliud docent, cum haec facultas commutandi, non Dno Osinski fuerit Concessa, sed ipsi Illustrissimo Duci Thessinensi ut in Originali intelligibilius.

13. folio 23 Anno 1511. Andreas Gniady Abbas Orloviensis, vendit tabernam Paulo Horlana sub Claustro Orloviensi situatam pro 16 florenis cum speciali privilegio venditionis, permutationis, ac oppignorationis, et cum notabili additamento fundi, ac Piscinarum, ut lucidius in Originali

14 fol 24 Annus 1513 hic exprimitur, et in hodiernum diem praesentatur inventi
libro residentiae Per Illustris Dni Bludowski; testaturq quod à Nostris
Monachis haec residentia sit aedificata; quia ante expulsionem: Ovile vero
Christi seu Monasterium dilapidatum ac translatum secundum traditionem 18. fol 27
Seniorum pro aedificanda Arce Reychwaldensi ac ibidem Ecclesia Luthe
rana; et hoc defacto, ipsi lapides testantur quod de muro sint emti una cum
[Arce Reychwaldensi]
calce; fons in area Monasterij ex petra excisus Atrium ad Stabulum con
spiatur, et plura alia Signa evidentissima Erectionis, Possessionis, ac Spolij
hucusq est videre: ut insignia ac Stemmata Fundatorum tum Conventus
Tynecensis, et concordant omnia: tam picta in superficie Ecclesiae, quam
prelo pressa in libro Chronico edito à Domino Paprocki.

15. fol 24 ut ab. sub No 38. folio 69. Anno 1515. Andreas Gniady, Abbas Orloviensis, invadiat Villam haereditariam
Zablocie in Centum thaleris Silesiticis; et hanc peccuniam contrahit à Dnō Petro 19. fol 29
Osinski, pro redimenda Scultetia in Villa sua haereditaria Dubrowa, datq ei
submissionem cum consensu sui Conventus ac Tynecensis, quod non prius debeat cede
re de praefata Villa Zablocie, ac ejus Successores, quousq illi centum thaleri, non fuerint
restituti. Quod totum clarius in praesentia Casimiri Ducis Tessinensis annotatum est.

16. fol 25 Anno 1527 Vincentius Baranowski, Abbas Orloviensis, invadiat et vendit jure
reemptivo seu reemptiali Messalia Dnō Joanni Sedlnicki à Holticz in Villa Sua
haereditaria Zablocie pro quadraginta thaleris Silesiticis, quae Messalia debet tam 20
in ex toto Pago et Successores ejus percipere, donec illi refusi et restituti fol 30
non fuerint quadraginta thaleri; Et haec actio terminabatur coram Casimiro
Duce Tessinensi, ac pluribus alijs; ut intelligibilius in ipso Originali.

17. fol 26 Anno 1530. et actu primo coram PerIllustri Dnō Perstein tutore Ducis 21.
Tessinensis minorennis terminatur, qualiter Vincentius Baranowski Messalia fol 30
invadiaverit Dnō Joanni Sedlnicki à Holticz in toto Pago Zablocie pro

Sexaginta thaleris Silesiticis, quae Messalia nonsolum ille, sed posteritas ac Succes sores ejus debebunt tam diu percipere, donec illi aut illis nonfuerint restituti aut refusi sexaginta thaleri ~~ex pluribus aliis~~ ut clarius in Originali.

18. fol 27 Anno 1532. et in actu secundo coram Perillustri Dno Pernstein producitur venditio Villae Zablocie à Vincentio Baranowski, Dno Joanni Sedlnicki à Holtice pro quadringentis triginta sex thaleris Silesiticis. Cujus peccuniae potior pars debebat mitti Rattiboriam ad templum B.V. Mariae pro certis scriptis, vel potius pro censu de Villis Poremba et Lazy, cum omnibus fructibus et possessionibus, nihil sibi juris reservando. Super quam venditionem seu emptionem, nullum produ cunt consensum, tam Conventus Orloviensis, quam Tynecensis, neq; etiam appro bationem Sedis Apostolicae, ut in ipso Originali Clarius, cum sine ulla mentio ne Conventûs Orloviensis haec venditio sit facta, ut docet originale.

19. fol 29 Anno 1541. Vincentius Baranowski confert et applicat piscinam vulgo nomi natam Staro Mlynski Orlowski Ecclesiae collabenti Orloviensi, et praeficit super eam Praetores seu Judices de Villis Poremba et Lazy: Committitq; eis proventus ex ea pro reparatione Ecclesiae Orloviensis. Unde ex hoc mandato docetur istas Villas esse haereditarias, et tanquam pertinentes ad Villam Orlovam, alias si jus in illas nonhaberet, non posset illis quidquam demandare si non essent Subditi.

20 fol 30 Anno 1544 Vincentius Abbas confert et donat Hortulaniam Joanni Hrozda ny Braxatori Conventus Orloviensis. Inter duas Piscinas Villae Orlovae Mlyn ski et Hospodarz situatam, et producit liberum ab omni Censu et labore quousq; vixerit, ut Clarius in Originali

21. fol 30 Anno 1593. ex Chronico Dni Paprocki demonstrat apertissime, qui fuerant Fundatores, Possessores, et Spoliatores hujus Abbatiae Orloviensis, et sat clare omnia explicat ac enucleat, deducitq; etiam à quibus pia Causa illo tempore ratione recuperationis urgebatur ac promovebatur, ut in ipsius Chronico Clarius docetur.

Praeponitur hic instructio à Conventu Tynecensi Illustrissimis Commissarijs data ut sub folio 31.

22 Anno 1631 validissima Commissio emanavit ab Augustissimo Imperatore in personam
fol 31 Illustrissimi Domini de Dona, in qua non defuerunt testes oculati, qui noverant Mona
sterium ac Monachos existentes Orloviae ante expulsionem. Unde sine omni dubio
satis copiosa documenta Erectionis, Possessionis, atque Spolij ex juratis personis
emanarunt, et oriverunt, quorum nomina ac cognomina adhuc ad manus sunt, et
non mirum quod noverint Monachos, quia in hac regione plurimi dantur homines
qui ultra sexaginta novem annos vivunt, id est, ab expulsione, cum vivant et ultra
Centum. Et si haec Commissio, non cognovisset ex istis juratis testibus, ac inquisi
tionibus Erectionem, Possessionem, ac Spolium, consequenter, nec admisisset reintro
ductionem ad Ecclesiam Orloviensem, verisque haeredibus contradidisset eam.

23. Anno eodem 1631 in Eadem Commissione Perillustris Dnus Bludowski produxit
fol 48. evictionem super Villam Piotrovicae, novem millium thalerorum Silesiticorum,
ubi si deberet cedere de Villis Orlova et Lazy, Piotrovice deberet occupare, ac
non citius cedere, nisi praefixa Summa restitueretur, quod docetur ex relatione
Commissionis: Modò verò dicit se habere Sponsionem interpositionis à Statibus
Silesiae.

24. 1588. De specificato Anno producatur Evictio ex Cancellaria Tessinensi
fol 48. inter Perillustres Dnos, Bernardum Barski et Annam Kuczka; Quae praefato
Dno Bernardo Barski inscripsit super Villam Skrzeczow mille thaleros Silesiti
cos, quâ postmodum vendita, secundo inscripsit super Superius Marklowicae
Villa haereditaria: similem Summam in vim Villarum Dubrova et Poremba, si
de illis Abbati et Conventui Orloviensi deberet cedere. Quod si postmodum spe
cificata Summa ei non restitueretur, tunc licebit illi Superius Marklowice
occupare. etc: Clarius in Originali.

25. fol. 51 Anno 1637 ac in eadem Commissione memorata Perillustris Dña Ruczkiana ratione Koczobonz produxit aliqua munimenta ac transumpta donationis supperioralis. Ultimo venditionem per Erasmum et Nicolaum Ruczki de Anno 1603 post spoliationem, quae nulla fuit, sine jure et titulo utilis Dominij, ut in relatione clarius.

26 fol. 51 Anno eadem 1637 in eademq Commissione, ex citatione Illustrissimi Domini de Dona, Dño Comiti Slik data, circa Villas Lutyniam et Ditmarowiam, nulla produxit munimenta neque documenta.

27 fol. 51 Anno 1637 et in Commissione praetacta, Dnus Comes Henkel, dum fuisset citatus ratione Majoris Gorzice, produxit Privilegium venditionis, in quo extant verba Imperatoriam Majestatem sibi et Successoribus suis jurisdictionem Ecclesiasticam reservare, caetera in relatione.

28 fol. 52 Anno 1637 ac Commissione eadem, testium juratorum ex circum adjacentibus locis, sat magnus numerus extendebatur, quorum Nomina ac Cognomina adhuc non desunt, depositionesq illorum ad quem de jure communicatae sunt; et omnes unanimiter affirmant fuisse Monasterium, et ad illud multa bona spectavisse prout de interrogationibus et responsis eorum constat.

29 fol. 54 Anno 1635 Jacobus Piotrowic, eligitur in Abbatem Orloviensem, in Domo Professa Gnecensi, et investitur, instituitur per Serenissimum Carolum Episcopum Wladislaviensem ad hanc Abbatiam Orloviensem, ut clarius docet Originale.

30. fol. 56 Anno 1636 praesentatur testimonium ab Admodum Rdo Patre Priore Oswiecinensi, Ordinis Sancti Dominici, qui post illorum expulsionem de Conventu Tesinensi, primus postmodum fuerat ordinatus ad eundem Conventum pro Priore

Et Confessus est, aliquoties se audivisse legisseq; contractum super Villam Koczobencz, quod tantum in centum aureis fuisset oppignoratam Vide plura et clarius ibi pro Originali

31. fol 57 Anno 1696. datur relatio ab Illustrissimo Domino Barone Sobek, Capitaneo Ducatus Teschinensis, qualiter ac quomodo, et per quem? nimirum ex cessivo potu fuerant proscripti, extrusi, ac exturbati Monachi de Monasterio Orlaviensi ubi etiam ultimus trajectus fuit ex bombarda ac occisus. tum ratione Villæ Koczobencz dat informationem quod spectaverit ad manus Spirituales.

32. fol 58 Anno 1696. datur testimonium ac relatio ex cancellaria Supremæ Curiæ Wratislaviensis: Quod Fridericus Casimirus post decessum Abbatis Orlaviensis omnia bona occupaverit, et in tria corpora diviserit ac distraxerit in quadam Summa pecuniæ ut notatum est, in eadem Cancellaria sub Nro 134 NB dum verò ista bona distraherentur Leopolij, misit eò Dnus Abbas Tynecensis Brzeżina suum Nuncium qui disvasisset hanc venditionem, sed contumelijs ac opprobrijs affectus cogebatur retrocedere; quam distractionem ac Contumelias probat hujus Nuncij scriptura seu relatio folio 63.

33. fol 59 Anno eodem 1696. ex Archivo vetusti Commissariatus Teschinensis producuntur vetustissimæ visitationes Ecclesiæ Orlaviensis, testanturq; ibi fuisse Monasterium et Monachos Sancti Benedicti.

34. fol 60 Anno 1696. levatur Archivum Ducatus Teschinensis de Arce Vehvaldensi, ac inde eruuntur sat multa documenta ac munimenta, tum actiones coram Casimiro Duce celebratæ ac judicatæ, ex quibus maximè docentur, Erectio, Possessio, ac Spolium.

35. fol 63 Anno 1696. iterato quartus numerus ex mandato Augustissimi Leopoldi primi statuitur testium juratorum, ex circum adiacentibus locis, tam ex Civitatibus seu Oppidis quam ex Pagis: Et tam ex Statu Ecclesiastico quàm Sæculari, quorum omnium depositiones extant, cum eorum Subscriptionibus ac Sigillis, et omnes concorditer affirmant fuisse Orlaviæ Monasterium ac ad illud multos Pagos spectasse, ut videreent in illorum Depositionibus

36. Ex fama et voce universi Populi Silesiae, Moraviae, ac Poloniae sat fundamen
fol 69. talis proba Erectionis Possessionis, ac Spolij: Dico Silesiae, quia testes Jurati, Actiones in Cancellarijs, Viennensi, Pragensi, Wratislaviensi, Teschinensi satis probant Moraviae Chronicum Dni Paprocki satis elucidat Erectionem, Possessionem, ac Spolium. Poloniae nullus ferè Rex fuit qui non promovisset apud Augustissimos Imperatores hanc causam, prout docent rescripta ac Decreta Augustissimorum. Et Et quod majus per annos trecentos triginta quinq; Abbates ac Monachi ad hunc Conventum Orloviensem mittebantur, videlicet ab Anno 1227. non Erectionis, quia spoliati sumus ea: sed Confirmationis, usque ad Spolium ad Annu 1562.

37. fol 69. Anno 1555 Conventus Tynecensis, dat et tribuit consensum Andreae Abbati Orloviensi oppignorandi Villam Zablocie in centum thaleris Silesiticis pro redimenda Scultetia in Villa sua haereditaria Dubrowa, sed non vendendi, ut asserit adversa pars.

38. fol 69. Anno Eodem 1555 producitur Contractus ejusdem Abbatis Andreae Orloviensis cum Dno Petro Ossinski, et Successoribus ejus circa invadiationem ejusdem Villae Zablocie, non verò monstratur consensus de Conventu Orloviensi, aut Tynecensi, quem se iactitant habere.

39 fo 72. 1497 Eo Anno conceditur facultas Illustrissimo Duci Teschinensi ad instantiam Joannis Abbatis Orloviensis à Conventu Tynecensi commutandi Villam Wierzbiczan, non verò Dno Petro Ossinski prout contractum adversa pars demonstrat, pro quâ Villa nec à Principe, nec etiam à Dno Petro Ossinski alia Villa specificatur ac monstratur. Ergo tam efficatia documenta producantur et luce clariora.

tamen Modo iam huic piae causae pars adversa opponit cautionem, ut folio 78 quam meus antecessor Gaudentius Lipnicki cum quibusdam monachis Anno 1708. Monachis maturando causam ex Suppellectili argentea Ecclesiastica, etiamsi sine consensu et requisitione Abbatis ac Conventus Tynecensis submisit se eam dare, quod nos vero Sacra Nunciatura pro illo tempore Gubernatrix in Spiritualibus Conventus Tynecensis reprobavit, et me praesente intervenit haec inhibitio.

Quam Cautionem infrascripta Decreta ac Submissiones Caesarum confundunt.

40. De Anno 1636. Litterarum tenor talis sequitur à Sacra Caesarea Majestate: Et quoniam tantum

fol 73 deprehendit, quod haec res non ita sit instructa, ut desuper definitivè judicari possit, sed majori et ordinabiliori demonstratione necesse sit, ut clarius et intelligibilius in ipso Originali.

41. Anno 1671. obtentum fuit Decretum à S. C. Majestate, cujus tenor talis. Post quam autem Sacra

fol 74 Caes: Regiaq; Majestas facta rei propositione, eam nondum ita instructam deprehendit, ut constans conclusio desuper capi aut in patulum prodire possit; verum summè necessarium esse duxit negotium solidius ex fundo exquirere: Ideirco Dnus Abbas eousq; patientiam habebit.

42. Anno 1692. Extant litterae Sacrae Caes: Majestatis, quarum tenor. Ubi Sacrae Caesareae Majestati

fol 74 omnia relata ac exposita fuerint, negotium hoc sibi clementissime commendatum habebit, et sine ulteriori mora causa haec vel per Commissarios vel alium ad eum finem, quem jus et aequitas postulabit deducatur, et perficiatur, ut favorabilius in Originalibus.

43. Eo Anno 1696 Sacra Caes: Majestas dat declaratorias ac plenariam submissionem. Quod propensus sit ferre plenariam decisionem in hoc negotio, si modo acta et instrumenta habeantur completa

fol 75 Et ideo serio demandavit Sacra Caes: Majestas, ut quàm proxime acta existentia in Cancellarijs Superioris et inferioris Silesiae: dum de Pragensi Cancellaria transmittantur, quae de facto etsi incompleta, debent extare concinata ac collationata Viennae in Regia Boemica Cancellaria, et talia reperiuntur Decreta Submissiones per totum processum, quae maturarent hanc piam Causam.

Et non solum haec Decreta confundunt hanc Cautionem, sed etiam infrascriptae rationes reprobant.

Dicitur quod tarde opponatur, quia tot Decreta Caesarum ac Submissiones emanarunt, prout superius producuntur. In quibus declarant se omnem justitiam administrare, dum modo pro cognitione causae detur bona instructio, et vera Documenta Erectionis, Possessionis, ac Spolij producantur. Modo verò ferè clarius luce meridiana, Privilegia, Documenta, ac actiones omnium horum demonstrantur, cum expensis multorum millium, ac ingenti labore cura, solicitudineq;.

Dicitur quod tarde: quia Commissio Doniana iam Sac: Cæs: Majestati elucidavit hanc causam, et agnovit esse veras ac fundamentales, prætensiones, quas firmavit reintroducendo veros hæredes ad possessionem Ecclesiæ Orloviensis. in Anno 1651.
Item dicitur quod tardè, quia si non essemus veri hæredes consequenter nec fuissemus reintroducti ad possesionem Ecclesiæ per Commissarios Sacræ Cæs: Majestatis. Et si pars adversa habuisset aliquod dubium, aut in fundamento documentum contra reintroductionem, potuisset aut potius debuisset opponere cautionem. Sed pro illo tempore conscientia dissuasit, scientes quod non solum Ecclesiæ, simus veri hæredes, et Possessores, sed et bonorum supra specificatorum in actionibus et Privilegijs.

Esset indecorum si Cæsares Decreta submissiones ac Declarationes suorum Antecessorum, tum instantias Regum ac Magnatum, quod optimè notum est Cancellariæ Viennensi in justissimis æquissimisq postulationibus ac prætensionibus divinis; cassarent et invalidarent. Ex his enim Possessores malæ fidei à Monasterio Orloviensi, prætensam Divinam causam vellent in aevum protrahere et immortalisare. Et maxime inde quod iam postulatis et communicatis sibi, ferè omnibus Privilegijs, munimentis actionibus et quibusdam controversijs, quibus visis, lectis ac lustratis evidentissimè colimant se esse in periculo sississimo status restitutionis, non solum verum fructuum, sed et Possessionum de mala fide aquisitarum, ac litis expensarum. Jam verò

Adversa pars in proposita Cautione allegat sententias Canonicas, quæ magis militant contra illas (quasi contra detentores bonorum) quàm contra piam causam. quod res Ecclesiæ nec ab Episcopo vendi, nec per quoscunq alios contractus, ut sunt hypothecæ pignora etc: excepto casu redemptionis captivorum alienari possint. Et hic advertendum quod ista Bona sunt magis oppignorata per Ducem quàm divendita, quod facile deducitur ex Erectionibus et ultra. vel potius dicendum erepta ut iam deductum est.

Et quid quid de Sacratis vasis vel ministerijs à quolibet Clerico usurpatum fuerit Ecclesiæ restitui debet. Nos iuxta hanc Sententiam non solum vasa Sacra semper repetebamus et repetimus ab adversa parte, sed possessiones et res possessas, Sacras ac prophanas iuxta regulam, qui succedit in bona succedit in Onera.

44 fol 76 et 93 Sub hoc Numero producitur causæ processus post absolutam Commissionem Donianam et post reintroductionem ad Ecclesiam Verum heredum Orloviam, et ex hoc processu debet formari Decretum ut clarissime in ipso processu demonstratur ac docetur. Correctior reperitur hic processus sub folio 93.

45 fol 81 Sub ista instructione proponitur adversæ parti prætensa Cautio Cautio in argenteria de Ecclesia Tynecensi, Cujus authentica specificatio inscripta est: Contra quam Adversa pars et simul in Actorem bina vice protestatur ut ex inserta protestatione melius intelligendum est.

46. fol 90 Repertum est noviter novum documentu in quo demonstrantur persecutiones Monachorum Orloviensium, ita ut de Pago in Pagum pro pernoctatione debuerint vagari, ex quo etiam Possessio [illegible] Villæ Gruson docetur, quod illuc ad pernoctandum diverterint.

II

1mo Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filijs, Abbati et Conventui Tynecia salutem et Apostolicam benedictionem. Justis petentium desiderijs dignum est. Nos facilem praebere consensum, et vota, quae à rationis tramite non discordant effectu prosequente complere; Ea propter dilecti in Dno Filij, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, Villam quae dicitur Orlova cum omnibus Juribus, et pertinentijs suis, sicuti eam iusté ac pacificè possidetis, vobis et per vos Monasterio Authoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani VII $\frac{1}{2}$ Decembris.

Pontificatus nostri Anno primo.

2do Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filijs Luitfrido Abbati Monasterij Tynecensis, cunctisq; Fratribus, tam praesentibus quàm futuris, regularem vitam professis, in perpetuam rei memoriam Religiosam vitam eligentibus, Apostolicum convenit adesse praesidium, nè fortè cujuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito revocet, aut robur quod absit Sacrae Religionis infringat. Ea propter Dilecti in Dno Filij, Vestris justis postulationibus clementer annuimus, et Monasterium S. Petri de Tynecia in quo Divino estis mancipati obsequio. Sub Beati Petri et nostra protectione

ctione suscipimus, et præsentis scripti Privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes, ut Ordo Monasticus, qui secundum Deum, et B. Benedicti Regulam, in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Præterea quascunque possessiones, quæcunque Bona, idem Monasterium, in præsentiarum justè ac Canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs justis modis, præstante Dño poterit adipisci, firma vobis, vestrisque Successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo præfatum Monasterium situm est, cum omnibus pertinentijs suis; Et de Rutki, de Kaszow, de Czulow, de Woykowo, de Prądnik, de Chorowice, de Radziesow, de Steklec, de Gruszow, de Lapczyca, de Ligznice, de Podolany, de Kargow, de Powozow, de Tuchow, de Zdanowice, de Vnochovice, de Bezdechowice, de Swepetnice, de Chorovice, de Sebna, de Deborzin, de Smillo, de Powocewo, de Strzegoczice, de Carnowo, de Pilzno, de Myslowice, de Lube, de Okulice, de Dunaiecz, de Wiescie, de Gobalice, de Kleci, de Brzostek, de Opatowiec, de littore Vislæ Camerariorum, de Bitin, de Lanthowice, de Byczyna, de Grodziec, de Gundeja, de Lycrany, de Stradowo, et de Goreslawice; Villas cum Ecclesijs hominibus, decimis, mellificijs, tabernis, venationibus, juribus, piscationibus, tributis, Stroza, powocne, krowne, et cum omnibus alijs pertinentijs earundem. Villas etiam de Dabrowa, de Orzechowo, de Sława, de Gerniechowo, de Wolowice, de Gejowice, de Pisary, de Grodeszewo, de Wilkowice, de Babice, de Villa antiqua et de Villa nova, de Opatkowice ad magnum Sal, de Balice, de Sulistrzejowice, de Maciejowo.

3'

de Swancice, de Trutnowice, de Chrostonowice, de Bodzanow, de
Podluze, de Grodzina, de Piotrkowice, de Vrzuty, de Petrkowo, de
Igolomia, de Chmielniec, de Charvin, de Sulislawice, de Woyciechowo
cum decimis et alijs pertinentijs omnibus earundem. Ecclesiam quoque
de magno Sale, et Cellam Sancti Laurentij in Kalisz, cum omnibus earū
pertinentijs; Ecclesiam Sancti Andreæ cum omnibus pertinentijs suis;
Et Sancti Nicolai, Et Sancti Georgij Cracoviæ Capellas, cum pertinen
tijs suis. Decimas Villarum de Orlowa, Dąbrowa, Choczobonez, Czierlicko
Majori Gorzice, Vchylsko, Ostrava, Wierzbica, Zablocie, Sucowo,
Lanchaty et Golkowice; ac decimas de Sortibus in Kozle pertinentibus
3. ad Castellaturam de Racibor circa Rybnik, quas Venerabilis Frater
noster Laurentius Vratislaviensis Episcopus de assensu Capituli sui
Monasterio vestro pia liberalitate concessit, prout in litteris inde
confectis plenius continetur. Decimam de Succow, et decimam Dnorum
Mielec, annuum redditum duodecim marcarum argenti, et trium pole
dronum, à quodam Boleslao Duce Poloniæ vobis concessum; Navalem
transitum fluminis Vislæ iuxta vestrum Monasterium libertatem
quam claræ memoriæ Boleslaus Rex Poloniæ et Judith Regina Vxor
ejus vestri Monasterij Fundatores concesserunt, Villis et hominibus
vestris; Duo macella in Cracovia, reditus Salis, quos habetis in Villis
de Sidzina, et magno Sale; Duas tabernas, et ius fori in Bytom, in
Siewier novum forum, unum Macellum, et unam tabernam, In Lap

In Lapczyca liberum forum et tabernam; usum venandi in Wislokа et Kiesiada; In Opatow forum et tabernam; Transitum navalem in Opatowice; Et duas tabernas in Wislica; Usum quoq[ue] fluvij qui vocatur Skawina, tam in piscationibus, quam etiam in Castoribus, cum pratis vineis, terris, nemoribus usuagijs, et pascuis, in bonis et plano, in aquis et molendinis, muris et semitis, et omnibus alijs libertatibus, et immunitatibus suis. Sanè Novalium vestrorum quæ proprijs manibus aut sumptibus colitis, et de vestrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præsumat. Liceat quoq[ue] vobis Clericos vel Laicos et absolutos à Sæculo fugientes ad Conversionem recipere, et eos absq[ue] contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli Fratrum Vestrorum, post factam in Monasterio vestro Professionem, fas sit, sine Abbatis sui licentia, nisi arctioris Religionis obtentu de eodem loco discedere; discedentem verò, absq[ue] Communi litterarum Vestrarum cautione nullus audeat retinere. Cum autem Generale interdictum terræ fuerit; liceat vobis clausis januis exclusis Excommunicatis, et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, Chrysma verò, Oleum Sacrum consecrationes Altarium, seu Basilicarum, Ordinationes Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi, à Diœcesano suscipietis Episcopo, siquidem Catholicus fuerit, et Communionem Sacro Sanctæ Romanæ Sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate qualibet exhibere. Ad hæc novas et indebitas exactiones ab Archiepiscopis, Episcopis, Archidiaconis, Diaconis, alijsq[ue] omnibus Ecclesiasticis Sæcularibusvè personis à vobis fieri omnino inhibemus.

Sepulturam quoqz ipsius loci, liberam esse decernimus, ut eorum devotioni, et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri ~~voluerint~~ deliberaverint, nisi fortè excommunicati vel interdicti sint, aut publici Usurarij nullus obsistat salva tamen justitia illarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas præterea et possessiones, ad jus Ecclesiarum vestrarum spectantes, quæ à laicis detinentur, redimendi et legitimè liberandi de manibus eorum, et ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi sit vobis de nostra Authoritate facultas. Obeunte te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet Successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia proponatur, nisi quem Fratres unanimi consensu, vel Fratrum major pars Consilij Sanioris secundum Deum, et B. Benedicti Regulam providerint eligendum. Paci quoqz et tranquillitati vestræ, paternâ in posterum Solicitudine providere volentes Authoritate Apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu Grangiarũ vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temerè caperè, vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Præterea omnes libertates et immunitates à prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessis, necnon et libertates ac Exemptiones Sæcularium exactionum, à Regibus et Principibus vel alijs fidelibus rationabiliter vobis indultas, Authoritate Apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione

Gubernatione et sustentatione concessa sunt usibus profutura: Salva Sedis Apostolicæ authoritate, et Diœcesani Episcopi canonica justitia, et in prædictis decimis moderatione Concilij Generalis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica Sæcularisvè persona, hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo, tertiovè commonita, nisi reatum suum congruâ satisfactione correxerit, potestatis honorisqꝫ sui dignitate careat, reamqꝫ se Divino existere judicio de perpetrata iniquitate cognoscat, et à Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, et Dñi Redemptoris nostri. N. S. C. aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultionis subjaceat; Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax. D. N. I. C. quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniat amen.

Ego Gregorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego Thomas tit: S. Sabinæ Presb. Cardinal.

Ego Bartholomæus tit: S. Pudentianæ Presb. Cardinal.

Ego Singenbaldus tit: S. Laurentij in Lucina Presb. Cardinalis

Ego Stephanus. S. Mariæ trans Tiber tit: S. Calix. Presb. Cardi

Ego Otho SS: Sergij et Bachi Diaconus Cardi

Ego Romanus S. Mariæ in Cosmed. Diacon. Card.

Ego Ægidius SS. Cosmæ et Dami Diacon. Card.

Ego Petrus S. Georgij ad Velum aureum Diacon: Card:

Ego Reginaldus S. Eustachij Diacon, Cardi:.

Datum Perusij per manum M. Martini S. R: E: Vice Cancellarij, Septimo Calend. Junij. Indictione secunda Incarnation: Dominicæ Anno M. CC. XXIX. Pontificatus verò. D. Gregorij P. P. Noni Anno Tertio.

In nomine Domini Amen Quoniam ea quæ acquiruntur in tempore pariter ela
buntur; Canonica sancivit Authoritas, ut acta mortalium scriptorum, seu testium assecuratione
communita apud Posteros robur, et vigorem obtineant firmitatis. Hinc ~~nos~~ est, quod nos Wladislaus
Dei Gratia Dux Oppoliensis notum facimus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspe
cturis, vota quæ sine pravitate vitæ ac provide per Nostros prædecessores piæ recordationis
sunt facta, in donatione Capellæ de Orlovia et Villarum, cum omnibus suis pertinentijs
ac utilitatibus, nec non libertatibus earundem, rata habentes ac benevolè acceptantes,
Fratribus Ordinis S. Benedicti, secundum suorum continentiam privilegiorum à Nostris
Prædecessoribus iisdem concessorum favorabiliter duximus innovanda. Videlicet Sal per totum
cum Dubrowa, et pratis omnibus, Choczobency, Wierbica, Zabloçie, ad Salem tabernam
totaliter, ac in tribus Villis Succowo, Sierlicko, Ostrawa, et infra scriptis Villis quid quid
fuerit sive in Curia Ducis, sive ubicunque alio, nisi ad prædictam Ecclesiam omne iuramen
tum pertinebit. Item ut nullus audeat de omnibus Villis eidem Ecclesiæ pertinentibus
aliquem hominem citare ad aliquod Castrum nisi coram Duce, vel fratribus dicti Ordinis,
ibidem manentibus: Et quid quid super ipsorum homines Dux iudicaverit vel ipsi, sive
trecentas, sive sex marcas, sive duodecim, sive etiam quinquaginta, cum toto pomoene
piscatoribus, et Venatoribus, supradicti Fratres iure et perpetualiter obtinebunt. Volumus
insuper ob salutem animæ Nostræ, Nostrorumque peccatorum remissionem pietatis fructū
amplificare, quod si aliquam expeditionem in Ducatu Nostro vel extra fieri contingat,
præfati Abbas et Fratres ejusdem Ecclesiæ ab omni turbatione, datione, contributione
relevamine at servitio sint liberi, et perpetuis temporibus exempti. Abbas verò dictæ
Ecclesiæ Orloviensis, in omnibus iuribus et libertatibus Ecclesiæ eodem iure fruetur
in Ducatu Oppoliensi, quo et Pater Abbas Tynecensis cum Ecclesia sua gaudet in 5.
Ducatu Cracoviensi. Item quod in Nativitate Beatissimæ V. Mariæ annis sin
gulis, quicunque hominum, sive domesticorum, sive etiam aliorum ad eandem Eccles

Ecclesiam causa devotionis, vel mercimonij, vel cujuspiam rei venerit, triginta dies plena gaudeat libertate, nec aliqua vexatione seu comprehensione valeant impediri. Ad haec etiam alias libertates eidem Ecclesiae et Fratribus dicti Ordinis, per Nostros praedecessores concessas, fideliter et devotè adimplere cupientes, pro nobis et nostris posteris in perpetuum Confirmamus, eâ tamen Conditione apposita, quod Abbas Tynecensis, cum sui consensu Capituli et Successoribus se nobis et nostris posteris infallibiliter obligabit Abbatem et Conventum sui Ordinis ponere in Orlovia claustro honesto, et Conventu apto, ubi eidem Abbati et Fratribus collocandum videbitur, secundum quod exigit Ordo ipsorum et Monastica disciplina. Ipse autem Pater Tynecensis quicunque fuerit, visitandi, Corrigendi excessus, alienandi, et assignandi Fratres, constituendi et confirmandi electum Abbatem de Tynecia vel de ipsa domo, seu etiam electum cassandi plenam habebit potestatem, tam in Capite, quàm in membris. Et ut supra his nulla de caetero quaestio oriatur, vel ambiguitas emergat, praesentes litteras Sigillo Nostro duximus roborandas. Datum in Geladz Anno Dñi MCC.LXIIX. pridie idus Junij praesentibus his Domicellis Miescone Casimiro, Boleslao, et Praemislao, ac Comite Mroczkone Palatino, nec non Notario nostro Gothardo: Comitibus quoque alijs Joanne Judice Sulcone, Castelano de Chrzanow, Simone de Srinava, et Fratribus Hermano et Othone, Fratribus etiam Lectoribus Paulo et Socio ejus Daniano de Ordine Fratrum Praedicatorum, et alijs quam plurimis fide dignis.

(L.S.)

5. Noverint Universi praesentem litteram inspecturi, quod nos Joannes divinâ Miseratione Abbas Orloviensis, de voluntate et Consilio, Rdi Patris Nostri Alberti Abbatis Tynecensis, et Consilio Fratrum Nostrorum, Villam nostram Wierzbica et Incolas ejusdem pro Commodo et utilitate ipsorum ad Ecclesiam Beatae Virginis.

9. in Oderberg cum jure Ecclesiastico volumus pertinere sepulturam Defunctorum et alia Sacramenta Ecclesiastica ibidem recepturi Lamperto Joanni præfatæ Ecclesiæ, et suis Successoribus obedientiam debitam exhibentes. In cujus rei testimonium præsentem paginam Sigillo Dñi Abbatis Tynecensis, et nostro, et Sigillo Fratris nostri Simonis Patris Prioris duximus consignandum. Datum in Orlovia Anno Dñi Millesimo, Ducentesimo Nonagesimo secundo, quarto calendarum Januarij

(L S). (L S). (L S)

6 In Nomine Domini Amen. Nos Joannes de Elgoth Decretorum Doctor Canonicus Majoris Ecclesiæ Cracoviensis Vicarius in Spiritualibus, et Officialis Generalis, Reverendi in Christo Patris et Dñi Domini Sbignei Dei gratia Episcopi Cracoviensis, ad rei memoriam sempiternam. Cum secundum Juris tam Canonici, quam Civilis Summam magnopere curandum sit Magistratibus, et cunctis qui judiciariam retinent potestatem, ne cuipiam necessaria depereat probatio, aut ejus rei cesset notitia quæ futuris quomodolibet foret opportuna, libenter profecto talibus negotijs ac gestis authoritatem nostram impertimur, quæ aut pro bene gerendis rebus humanis, aut pro conferenda regularum Monastica disciplina à Summis Pontificibus, tam optimè, quàm Sanctè sunt provisa, edita, et statuta. Proinde iam præsens ætas noverit quàm futura, quomodo Nobilis et circumspectus Magister Joannes Stanislai de Drusbice Causarum Consistorij Cracoviensis, ac Venerabilis honorabilis et Religiosorum Bogdali Abbatis, Matthiæ Prioris et Custodis, Andreæ Clavigeri, Petri Procuratoris, Petri Bacalaurei, Stanislai, Nicolai, totiusque Conventus Fratrum Monasterij Tynecensis Ordinis Sancti Benedicti Cracoviensis Diœcesis Procurator et Syndicus, de cujus procuratoris mandato nobis facta

est plena fides, coram Nobis personaliter comparens, citatione ad instantiam
dictorum Dominorum Bogdali Abbatis, Matthiae Prioris, et totius Conventus Monasterij
praedicti; Contra et adversus omnes et singulos sua Communiter vel divisim interesse
putantes per nos Decreta, ab auditorioque nostro legitimè emanata, ac debitae exe
cutioni de nostra voluntate et mandato in vim publici edicti per affixionem publicam
valvis Ecclesiae Majoris praedictae per Certum executorem, ut moris est, de mandato ad
videndum et audiendum certas litteras Apostolica Bullatas dicto Monasterio Concessas
ad Cautellam transumi, et exemplificari, et nostram authoritatem ejsdem apponi,
et decretum facto et in scriptis reproductum tenens et habens suis in manibus
certas litteras Apostolicas Sanctissimi in Christo Patris Domini Gregorij felicis
recordationis Papae Noni in pargamena scriptas, ejus verò Bulla plumbea in filis
sericejs rubei et glaciei colorum more Romanae Curiae sub appendente bullatas,
manibusque et signis seu tractibus ejusdem Dni Papae et Novem Cardinalium antecedentium
tum earundem litterarum subscriptas et consignatas, in Cujus quidem Bullae parte
ab una duo Capita circum punctata Beatorum Petri videlicet rotundum et crispatum
et aliud Pauli hirsutum cum barba prolixa Apostolorum videbantur capita Una
cruce oblonga duo unam scilicet supra, et aliud infra, Crucem puncta habens
mediabat, supraque capita Sanctorum Pauli videbatur S.P.A. et Petri S.P.E.T.
litteras Capitales sculptae apparebant, ab alia verò parte ejusdem Bullae
in Medio Litteras Dictiones componentes excussae in circumferentia punctata rotunda, Videlicet Gregorius Papa Nonus legebantur, Sanas, Salvas,
et integras, ut prima facie apparebant non Cancellatas, nec vitiatas, aut
suspectas, sed omni prorsus suspicionis nota carentes à dicta Sede concessas
exhibuit et praesentavit tenorem qui supra iam de verbo ad verbum.
sub Nro 2do.
Post quarumquidem litterarum praesentationem, et receptionem Nobis et per Nos
quarum

II De ejusdem factam examinationem praefatus Magister Joannes de Drurbice Procurator et Syndicus, dictorum Dominorum Bogdali Abbatis et Conventus Monasterij Tynecensis et nomine eorundem, nè ipsas aut vetustate consumi, aut supprimi, seu quomodolibet pro casuum diversitate deperdi contingeret, ipsas per nos transumi exemplificari in publicamque formam cum Nostri appositione decreti attentius supplicavit, omnesque et singulas sua interesse putantes Citatos non comparentes Contumaces reputari postulavit. Nos verò hujusmodi supplicationi, ut et tanquam juri et rationi consonae Paternâ benignitate annuentes, attendentesque, quod justa petentibus assensus non est denegandus, dictos, Citatos, non Comparentes, Contumaces, prout justitia exigente reputando hujusmodi litteras, in Nomine transumendas et exemplificandas duximus, et praesentis scripti serie de verbo ad verbum nil addendo, nil minuendo quod facti mutaret substantiam aut variaret intellectum transumpsimus, volentes et decernentes, ut hujusmodi transumpto in Omnibus et per Omnia, sicut litteris Originalibus praedictis in judicijs, et extra, fides plenaria adhibeatur, ipsumque transumptum in agendis fidem faciat plenariam. Quibus omnibus et singulis authoritatem Nostram interposuimus, et decrevimus. In quorum Omnium et singulorum fidem et testimonium praemissorum praesentes Nostras litteras sive potius publicum Instrumentum hujusmodi transumptum, in se continere sive Continens exinde fieri, et per Notarium publicum causarum et facti hujusmodi coram Nobis Scribam infrascriptum scribi subscribi, et publicari mandavimus, Nostrique sigilli quô communiter utimur ad Causas appensione jussimus Communiri. Actum et Datum Cracoviae in Domo habitationis Nostrae sub Anno à Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo Nono, Indictione secunda Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri

Domini

7.

Domini Eugenij Divina providentia Papae Quarti Anno Nono, Die verò Sabbathi vicesima prima Mensis Martij hora tertia, vel quarta, Nobis ad iura reddendum pro tribunali sedentibus praesentibus ibidem discretis Viris Dominis Nicolao, Joanne à Prestne, et Matthia Simonis de Biezina Notarij Consistorij Nostri Cracoviensis et Joanne de Sandecz Dominorum Cracoviensis Diaecesis testibus ad praemissa vocatis et rogatis.



In Villa Orlova Ecclesia Regularium Ordinis S. Benedicti; Abbatialis olim cum Cura animarum B.V. Mariæ Visitantis Lapidea cum fornice in minori Choro Consecrata, Anniversarium Dedicationis recolitur Dominica post festum SS. Simonis et Judæ. Habet Altaria tria Summum B. Virginis ad partem Evangelij S. Benedicti, ad partem Epistolæ in Majori Choro Sacri Scapularis (NB Pater Fulgentius Hrugowski permutavit ac transposuit hæc altaria quod fuerat a dextris est modo a sinistris) Quod hoc Extractum, de verbo ad verbum in omnibus punctis, ac Clausulis, cum Veteri Archivo Commissoriali Concordet, pro meliori fide ac robore Sigillum Officij Commissoriatus Episcopalis apposui ac nomen subscripsi Fridek 19 Aprilis Anno 1696.

(L.S.) L.S. Samuel Wolff de Brzezna.
Commissarius Episcopalis.

Attestatio ab Eodem Rev(erendissi)mo Commissario de paucitate proventuum in hac Abbatia.

Ego Infra scriptus Commissarius Episcopalis per Ducatum Thessinensem, et adiacentes Districtus debitè requisitus à Reverendissimo Dnō Abbate Orloviensi 42 testor hoc officioso et publico testimonio Parochiæ Orlovensis, tam exiguos esse proventus, sicut mihi ex archivis Commissorialibus et visitationibus constat, ut nec unus Sacerdos decenter ex illis vivere possit, sed Conventus Tynecensis eundem ex potiori inibi alere debeat in Cujus rei fidem Sigillum Officij apponi et nomen Signari feci Datum Thessinij die 24 Januarij Anno Dni 1700

(Locus Sigil) L.S. Samuel Wolff.

34 Tynecensis Abbatia Ordinis S. Benedicti à prima fundatione in possessione Dni Abba
tis et sui Conventus Tynecensis Ordinis ejusdem Diœcesis Cracoviensis, habuit sub se
Abbatiam Orloviensem ut patet ex litteris Apostolicis à Gregorio IX. feliciter recorda
tionis Summo Pontifice sub dato litterarum 7 Idus Decembris Pontificatus sui Anno
primo impetratis. Ad hanc Abbatiam vaccatione occurrente, Dnus Abbas cum Con
ventu suo Tynecensi unum ex medio sui Reverendissimo Dno Ordinario Episcopo Wra
tislaviensi pro tempore existenti præsentaverunt, qui præsentatus instituebatur
ut patet ex litteris Rudolphi Episcopi Wratislaviensis, sub dato Nissæ die 6. February
Anno 1479 Sic præsentati et instituti Fratres ad Abbatiam Orloviensem, bonis
ad eandem Abbatiam ex fundatione et dotatione spectantibus disponebant, Cen
sus inscribebant, ut patet ex privilegijs Abbatis Vincentij Baranowski sub dato
Orloviæ feria 4 post Pascha Anno 1541 Anno 1544 feria 6ta ante Dominicam
invocavit, et Anno 1499 feria 3 post festum S Michaelis. Tandem Anno 1562
(ut hoc ipsum idiomate moravico sub folio 42 expressius notatur) Illustrissimus olim
Dux Wenceslaus Thessinensis vaccante Abbatia post mortem Reverendi olim Joannis
Bretß Abbatis Orloviensis misit Esaiam Krzesky et Pelnischa de Berno Famulos
suos ad monasterium Orloviense, qui Fratrem Jacobum professum Conventus Orlo
viensis et Prædicatorem in eodem Conventu Commorantem varijs suis modis et
quidem compotationibus coegerunt exire de monasterio. Quo facto Dux memora
tus Venceslaus monasterium Ecclesiam Ornamenta, Ecclesiastica Cruces, Calices
patinas, et alios apparatus ad rem divinam peragendam necessarios, nec non
Villas Orlovam, Zablocie, Poremba, Lazy, Dubrowa, Wierzbica, Polonica Ostrava
Germanica Lutynia, Reychwalda, Majus Gorzica Hocrobontz, Pitnarovice
et alias ad Abbatiam pertinentes, nec non jura Privilegia, Regestra, et alia
omnia munimenta ac documenta occupavit et in possessionem suam temere
et defacto recepit. Pro quibus bonis modo violento ablatis et ereptis

Fratres Tynecenses egerunt, tam cum Duce Wenceslao, quàm etiam alijs litterasq; supplices Sacratissimo Imperatori multoties vna cum Intercessiona libus Serenissi Regis Poloniæ porrexerunt, ad quas, quale responsum dederint Sacratissimo Imperatori, patet ex copijs earundem.

Sacratissimus Imperator diversa rescripta sua ex parte dictorum bonorum violenter occupatorum ex Cancellaria sua extradere mandaverunt prout patet ex authentico iudicialiter producto sub dato 28 Augusti 1598. ut videre folio.

Dux Venceslaus non restituto Monasterio, Ecclesiæ Suppellectilem Ecclesiasticam auro, argento, bonis et Villis ac jumentis ablatis ex hac vita discessit. Hæc autem bona violenter ablata et occupata præsentes Generosos ac Nobiles Joachimus Bludowski, Gothardus a Loga, Nicolaus Wilczek, Lazarus Henkel Bohuslaus Sedlnicki, Comes de Slik, Dnā Ruczka vidua, Et Georgius Emerich de facto occupant et detinent. Quare Conventus Tynecensis petit eosdem Citatos ad occupationem et liberam immissionem Monasterij, Ecclesiæ, Auri argenti, Suppellectilis Ecclesiasticæ, Villarum fundorum, Silvarum, lacuum piscinarum, pratorum, Censuum, decimarum, Subditorum restitutioneq; fructuum a tempore occupationis illicitæ et indebitæ, perceptorum damnorum expensarum et laborum recompensationem via juris cogi et compelli directam responsionem decerni, Sententia Commissariorum mediante salvis omnibus beneficijs, et defensionibus juris sibi reservatis, salvo iure augendi minuendi corrigendi.

Daß vorhero gesetzete abschrifft aus einem unter dener Cantzley Archiven dess Fürstenthumbs Teschen sich befundenden Copialischen Instrumento von worth zu worth gezogen, fleyssig collationirt undt in allem gleichlautent bezeiget, ob daß hier unter gestellete Cantzley Insigel des königl. Ambts der Landes Haubtmannschafft in Fürstenthumb ~~Teschen~~. Actum Teschen den 6. Augusti Anno 1696. Locus Sigilli.

Informatio ac relatio ex antiquissimis Scriptis qualiter quomodo et perquos bona Abbatialia fuerint distracta.

Decedente Dno Friderico ipsius fideijussores quod aliunde non esset solvendo Creditoribus, impetrato Consensu à Cæsare Maximiliano Augustissimæ memoriæ, et præsentibus aut sic disponentibus Commissarijs Cæsareis, Dominia ab eo relicta, nempe Bielsko et Fristak, simul cum Monasterio Orlovensi, inscio et non Consentiente Conventu Tynecensi vendiderunt.

Emerunt igitur Dominium Fragstadiense Dnus Gasparus Welczek, Dnus Wenceslaus Cygan et Dnus Bernardus Barski cum Dominijs Abbatiam hanc adjunxerunt.

Dnus Barski deinceps facta Commutatione cum Dno Venceslao Cygan in solutionem sui debiti Raychwaldum et alia bona ab eo accepit, et vice versa Fristatum una cum Abbatia prædicta ei dedit.

Sed et D. Cygan acceptans hanc Abbatiam in sortem sui debiti fidejussoribus sibi itidem caveri curavit, si ille videlicet, vel ejus hæredes aut Successores aliquando præfatam Abbatiam Conventui Tynecensi restituerent adachij ut ipsi debitum illud cujus causa Abbatia hæc ei cessisset, illis nempe hæredibus solvere tenerentur. Hunc igitur modum, cum Abbatia hæc occuparetur, et eius bona essent distracta, invigilarunt anteriores Abbates Tynecenses suo Juri, hocde Spolio apud Serenissimum Regem Poloniæ Sigismundum Augustum tanquam Patronum utriusq Monasterij, Conquerentes. Egit itaque Sac: Regia Majestas per Suum Oratorem apud Sacram Cæsar: Majestatem de restitutione hujus Spolij

Supplicarunt etiam ipsi Abbates hac de re Cæsari Ferdinando et Maximiliano, quod modernus quoq Dnus Abbas fecit, et Supplicem libellum circa Sacræ Majestati Cæsareæ nunc feliciter imperanti exhibuit, Sunt itaq edita mandata et rescripta Cæsarea ad unum et ad alterum Ducem Thessinensem, ut Abbatia hæc Orloviensis restitueretur Conventui Tynecensi

63 Sed Ducas nihilo magis eam detinuerunt et postea alienarunt ut praescribitur.
Sed subsequenter convenerunt Anno 1592 Leopsicium Dnus Tridena Fidejussores cum Dño Walczek Gyggan et Barski, qui bus (iuxta praemissa Dominia scilicet Bielsko et Fristat, una cum hac Abbatia Orloviensi vendiderunt, ea sane de causa convenerunt, ut ex venditione contracta pretium eorundem Dominiorum reciperent.
Id vero cum Dnus Abbas Tynecensis rescifet, misit quoque ad suum Nuntium Matthaeum Karpinski una cum alijs Nobilibus. Qui quidem Nuntius nomine Dni Abbatis et Conventus praedicti institit et rogavit, ne, Dni emptores peccuniam suam in Solutionem Monasterij Orloviensis, et bonorum ad illud spectantium frustra et inaniter eas iactando expenderent. Scripsit etiam hac de re ipse Dnus Abbas ad eosdem Dnos Emptores, sed illi horum nihil curantes, et Nuntium atque litteras Dni Abbatis despicientes, ultro de emptione convenientes solutionem hanc praestiterunt fideiussoribus ac ea praestita Abbatiam hanc, et bona ipsius sibi usurparunt. Contra igitur hoc factum protestatum est a Nuntio Dni Abbatis, estque haec protestatio actis Lipsiensibus inserta, ut plura in suo Originali id est in Commissione Romana et antiquioribus scriptis.

35 Anno 1696 Ex mandato Augustissimi Leopoldi Imi statuitur testium iuratorum pro acceleranda aut maturanda causa sat magnus numerus tam ex Ecclesiastico statu, quam Saeculari, et tam ex Civitatibus quam ex Pagis ut clarius mandatum infra insertum, ac depositiones quorundam Principaliorum, (cum difficile sit omnes scribere) docent. Leopoldus.

Dilecte fidelis post quam apud nos, et gloriosos Majores Nostros instructa à Sexaginta aliquod annis per Monasterium Sancti Benedicti Tynecense in Polonia propter

Abbatiam.

Abbatiam Orloviensem, et ad hanc olim pertinentes Pagos, ad restitutionem horum diversæ querellæ et moventes preces oblatæ, ut nos itaq3 clementer resolverimus, hanc tam diu voluntatem, rem, cum Nominatum Monasterium fundatum seq. indicet, et hujus praetensionem probare intentionis sit, ejus cognitionem nostro Oberambtico iudicio Ducatus inferioris Superiorisq. Silesiæ per delegationem clementer offerre; Penes autem ex vestro actis quantum clementer advertimus, quod optima documenta de hoc toto negotio et quomodo cum coarctatione predicti Monasterij, simul ad hoc pertinentium Pagorum cesserit, quid etiam tractu temporis propterea Ulterius secutum, apud Archivum Nostri hæreditarij Ducatus Teschinensis invenienda esse possent, et electo nostro Regio Oberambtico iudicio horum expostulationem in Casu necessitatis clementer Commisimus.

Quare mandamus nos tibi hisce clementer, ut quando Nostrum sæpius nominatum Regium Oberambticum iudicium aliquod documentum hac in Causa à te petet, tu tale eidem debitè exquirere permittere et fideliter reddere scire possis, Supra Viennæ die 27 Januarij 1696. Ad Teschinensem Provinciæ Capitaneum.

Ego infra scriptus testor fide Sacerdotali, mihi ex publica fama, tam Nobilium quàm Sacerdotum imo omnium Sæcularium |: nullus etenim hic est qui hoc ignoret :| notum esse, Orlovicæ fuisse Abbatiam et Monasterium Ordinis S. Benedicti, ad quod Monasterium plura alia bona spectasse dicuntur, sed exinde tempore hæreseos ejectos et exturbatos esse |: aliqua tamen bona ex his creduntur oppignorata :| Orlovâ autem expulsos fuisse. Unde et in recognitionem sui Juris, post factam Ecclesiarum Catholicis restitutionem, mox pro Benedictinis est missum, et illa Ecclesia Orloviensis est illis tradita, sed bonum ipsum, sive Pagum ejsdem ademptum, huevsq3 hæreticus Dominus Bludowski vocatur occupat. In fidem horum meliorem, me manu propria subscripsi, et Sigillum apposui Fridek Die 12 Junij 1697 Locus Sigilli Henricus Samuel Wolff Archipresbi. et Pars Commissarius Episcopalis.

65.

Ego infrascriptus ubique, et vel maximè ubi necesse foret, vi Rescripti Venerabilissimi et Illustrissimi Officij Consistorialis Episcopatus Wratislaviensis, supra positiones, et inculpationes à Reverendissimo Dno Gaudentio Lipnicki Ordinis Sancti Benedicti Abbate Orloviensi mihi propositas, fide et conscientia Sacerdotali ita respondeo atque testor sequentibus responsorijs.

Interrogata.	Responsoria.
1 An mihi notum sit, quod prius Centesimo Anno vel Saeculo Monasterium Orloviae in Tessinensi Ducatu fuerit	Ad 1mum Supra quod respondeo, quod sic, hoc tamen ex solo auditu ab alijs habeo, à quibus autem, et ubi non recordor.
2 Quales Religiosi in eo fuerint an non Ordinis S. Benedicti Nigri Monachi	2 Similiter me audivisse quod Religiosi S. Benedicti ibi fuerint, Refectorium, ubi nunc stabula sunt habuerint profiteor.
3tio A quo? et ubi hoc audiverim	3 In primo Responsorio patefactum est.
4 Quam procul ab hinc Orlovia disita sit.	4 Uno miliari.

Quod haec solum et nulla alia ex propositis mihi innotuere, ut supra fide Sacerdotali ac Conscientia testor. Majoris verò roboris gratia me propria manu subscripsi Sigilloque meo consveto munivi, Fraystadij in Residentia Archipresbyterali die 6 Mai Anno 1697

Locus Sigilli Jacobus Franciscus Buczek Parochus et Archipres Fraystadij

In Nomine Dni Nostri Jesu Christi Amen.

Mandato Venerabilissimi et Illustrissimi Officij Consistorialis Episcopatus Wratislaviensis, ex Generalibus Compulsorialibus Reverendissimi Gaudentij Lipnicki Ordinis S. Benedicti et Abbatis Nominati Orloviensis inductus. Ego infrascriptus Curatus et Parochus Oppidi Strumen in Ducatu Tessinensi

tribus milliaribus distans Orloviâ. Vir 64 annorum ætatis suæ, tali bona fide et conscientia Sacerdotali exhibeo testimonium.

1mo A quo introductus sum ad Beneficium Parochiale Strumenij a 35 nimirum annis à diversis, diversi status audivi hominibus, Orloviæ aliquando Abbatiam et Monasterium fuisse cum aliquod Religiosis Benedictinis, sicut et ad illam Abbatiam aliquot Pagos spectasse, sed hos Duces Tessinenses hæresi invalescente illis ademerunt.

2 Maximè et fundamentaliter de hoc audivi ante 34 annos à piè defuncto Reverendissimo Joanne Adamo Fritsch Decano et Commissario Episcopali Ducatûs Tessinensis Viro 70 annorum, qui quondam apud piè defunctam Elisabetham Lucretiam Ducissam Tessinij aliquod annis Capellanum egit Aulicum, ille mul totics retulit quomodo in Aula Sua sæpius perceperit non tantum Abbatiam Orloviæ purè fuisse cum Religiosis Ordinis S. Benedicti, sed etiam bona in Ducatu Tessinensi habuisse, nimirum Orlova, Kocrobany, Zablocie, Wierzbica, Dubrowa etc: Sed hæc ab ejs ablata hæresi exorta in Ducatu Tessinensi aliquibus de Nobilitate data.

3 Audivi à defuncta ante aliquot annos Hedvige Grocholska fœmina Octuagenaria quondam Uxore Nicolai Grocholski Orloviæ Capitanei ibidem degenti, et Servienti (qui Nicolaus Grocholski Anno 1636. mortuus est Strumenij et Sepultus) Fœmina hæc retulit quod ibi Monasterium quondam fuerit, in quo fuerint Nigri Monachi, habentes aliquod Pagos, ut est Orlova, Wierzbica, etc: ut supra, ex quibus unius maximè recordabatur Religiosi Henrici dicti, qui habitabat in Arce, item dixit quod ex Arce pergula fuerit ad templū Orloviense.

4 Idem plane quo ad omnia fassa est Marianna Miklerka fœmina 70 Annorum, et Consulissa Strumenij, quæ etiam aliquo tempore habitavit Orloviæ

67. apud Sororem suam defunctam Hedvigem Grocholskianam in juventute sua.
Quod haec ita sint bona fide reitero verbum et conscientia Sacerdotali atte
stor, ac Sigillo quo utor corroboro Datum Strumenij 20 Martij A. 1697.
Locus Sigilli Pr Joannes Isidorus Janus Parochus et Curatus Strumenij

Nos infra scripti ad compulsoriales Reverendissimi et Illustrissimi (: pl. tit. :) Officij nostri Consistorialis Episcopatus Wratislaviensis, super positiones, et in culpationes à Reverendissimo Dnō Gaudentio Lipnicki Ordinis S. Benedict. Abbate Orloviensi nobis propositas, fide et conscientia Sacerdotali hoc verita tis testimonium debitis in locis rati habendum perhibemus, atque ita sequen tibus ad interrogatoria puncta respondemus.

Interrogatoria	Responsoria.
1 An nobis notum sit quod priori Centesimo Saeculo Monasterium Orloviae in Teschinensi Ducatu fuerit.	1 Super hoc respondemus quod ita, id tamen ex solo auditu ab alijs intelleximus.
2 Quales Religiosi in eo fuerint, an non Ordinis S. Benedicti vel sic dicti Nigri Monachi	2 Similiter nos audivisse quod fuerint Religiosi S. Benedicti.
3 A quo et ubi haec audivimus	3 Audivimus à Venerabili Sacerdote et Parocho Raychwaldiensi Martino Gregorides Orlowiae, dum fuissemus in Sollennitatibus ibidem. Deinde à Gregorio Broza Vitrico Ecclesiae Ditnaroviensis et à Paulo Remes libero Colono ejusdem Pagi
4 Quam procul ab hinc Orlovia.	4 medio miliari.
5 An verum sit quod ad idem Monasteriū multi Pagi in Superiori Silesia Siti Spectaverint.	5 audivimus quod ita

6. Quomodo hi Pagi vocentur

6. Pro certo recordari non possumus de omnibus qualiter cognominabantur.

7. An non hi Pagi Orlova, Lazy, Poremba Dubrova, Polowica Lutynia, Wierzbica major Gorzice, Polon Ostrawa, Cierlicko, et quædam partes in Dietmiarovice vel alij et qui fuerint.

7. De his specificatis etiam audivimus, et quidem in Ditmarowitz de duobus Colonis et piscina sic dicta Farnik, quondam pertinuisse ad Claustrum Orloviense. Coloni ubi nunc Kranka Et Joannes Niemieczek.

8. Unde nam illis hæc omnia nota sint

8. Jam hoc responsum in tertio puncto ad hoc.

9. Quænam hæ Personæ fuerint.

9. Jam etiam et supra hoc in tertio puncto hic hoc audivimus, quod omnes testes idonei fuerint, qui nobis narrarunt. Nam præfatus Venerabilis Pr Gregorius Beneficiatus post expulsos Prædicantios immediatè Succes sit, et Parochum egit plus quam quadraginta annis, etiam iam ad secundas primitias appropians in bona Senectute mortuus.

Alij duo supra mentionati honesti Viri etiam annosi unus septuagenarius et alter Sexagenarius narrarunt nobis, quod à Prædecessoribus suis perceperunt Anno 1672 Quod hæc solum et nulla alia ex narratis nobis innotuere, uti supra fide et Conscientia Sacerdotali testamur, et pro meliori robore nos propria manu subscripsimus Sigillisque nostris Consuetis munivimus Dittmarsdorffij in Domo Parochiali 1 2 Maj

Anno 1697 Locus Sigilli Paulus Franciscus Buchalius Parochus loco Lutinensis

Locus Sigilli Joannes Nicolaus Buchalius Presbyter Diœcesis Wratislaviensis germanus et Coadjutor ejusdem mppa

Hæc documenta aut testimonia producuntur solum ex statu Ecclesiastico, qui a ex Statu Sæculari hoc ipsum probant ac Confirmant fuisse Monasterium Orlovicæ in Eoque Monachos Nigros ac ad illud multos Pagos spectasse.

36 Ex fama universi Populi; quod fuerit Monasterium Orloviae, satis probae ut sub Nro 22, 28, 30
31, 32, 33, 34, 35, et haec proba ex Silesia, Ex Moravia verò sub Nro 21 Otro incum. Dni Pa
procki. Ex ~~Moravia~~ Polonia sub Nro 4. 10, 11, 14. 22. 29. 37. 39.

Andr. abbas 1515

37 Nos Stanislaus Baranowski Divinâ Patientia Abbas, Stanislaus Prior, Martinus Subprior
Blasius Thesaurarius, totusq Conventus Monasterij Tynecensis Ordinis Divi Patris Bene
dicti Dioecesis Cracoviensis, Significamus tenore praesentium universis quibus expedit,
Quia Venerabilis Dnus Andreas Abbas Orloviensis Conreligiosus noster in Christo dilectus
Villam Zabloçie vulgo appellatam in districtu Fraystadiensi consistentem, ac ad Abba
tiam Orloviensem omni jure, et proprietate pertinentem cum Illustrissimi Principis
Dni et Domini Casimiri Teschinensis, Majorisq Glogoviae Ducis, Atque Supremi utriusq
Silesiae Capitanei Consensu, et admissione Nobili Dno Petro Osinski de Zytna in
Hermanice haeredi residenti, Suisq filijs Henrico et Wenceslao, eorumq legitimis
haeredibus, et Successoribus in Centum florenis moneta Communi, nummisq in eodem
Ducatu communiter currentibus, sub titulo reemptionis invadiavit, et obligavit, et hoc
ob hanc causam rationemve, ut Sculteciam in Villa haereditaria ejusdem Monasterij
Orloviensis dicta Dubrowa emptam exsolvat, eidemq Monasterio jure haereditario
appropriet aeviternè, Consentimus itaq eidem Religioso Fratri Nostro Dno Abbati
omnia praemissa faciendi, modo etiam praemisso, jure reemptionis videlicet Mona
sterio saepefato Orloviensi in futurum resignante. In quorum omnium Singulo
rum praemissorum Consensum hujusdem approbantium fidem et firmius testimo
nium Sigilla nostra sunt appensa. Datum Thyneciae feria tertia post invocavit
Anno Dni Millesimo Quingentesimo quindecimo.

1515. Vendit. Vill. Zabloçie Andr. de Zabierzow Abb.

38 My Jendrzey z Zabierzowa Oppat Orlowski y z będącemi Oppaty Orlowskiemi, potom
kami mojmi, z przedesla radą starszych moich a z wiedzeniem Kaplanow mych, ktorzi
na tenczas przi mnie są z wlascza znając dobro vzytecne Klostora a Conventa Orlow
skiego, z wolą a wiadomoscią Xiązęcia Kazimierza Jego Mosci Pana Mego milosciwego
a Pana.

a Pana Nego Wierzchniego, tesz zwoley a wiadomoscią Xiędza Stanisława Oppata Zwierz-
kiego Jego Mści Pana Nego. Oznaymuię tym to listem wszytkim ziawnie zem zastawiel
a przedal na prawy krzescianski widerkauff, a na zasz wyplaczenie Wies swoię własny
niezawodney mianym Zablocie we Frystackim kraju lezączą, to wsytko prawo, czo
ia tam mam, za sto Złotych pieniędzy, ktorech od kupuiących zupełna zapłaczone
w swoię mocz przyiąl, ze wsytkim prawem tey Wsi a panstwem nic niewyiąwszy
ani pozustawiwszy w tych miedzach a graniczach, i iako z ta Wes iest sama w sobie
od starodawna od ginych dziedzin wymierzona a wygraniczona tak iako ch Ja ią
sądzierzal a uzywal Schlachetnemu Panu Piotrowi Ossinskiemu w Ffarmanicach
Jędnaiowi, Wacztawowi Synom iego a ich Blizsem Erbom, a Slachetny Pani Kata-
rinie Manzolce iego własny. Ja z wierchu pisany Oppat y z będaczęmi Oppaty
Orlowskiemi, nicz sobie na tey zwierchu mianowany Wsi niepozustawiwszy, ani
pozustawiaiąc, tylko taczmo sobie y będącym Oppatom pozustawiel, anicz inego.
A za tych Sto Złotych na gone pisanych przi kupielech a przidzielel na wiecznie
Szoltystwo we Wsi Nasy Dambrowy, ktorez to Szoltystwo iest pozytecznieyse
ku Konwentu nizeli iedna Wies nasza, a niedawno za to Szoltystwo dawano stiry
sta Złotych, Jezeli bych ia albo będący Oppatowie Orlowscy, tę na gone pisa-
ney Wies, zasz wyplacic chcieli w summie sta Złotych, niaschodno zasztym a za-
dzierzalym duchodom kupiecielow nasych, to sobie kupicielowie nasi wolno bez
prekarki nasey wybrac maią. A gdy bych my ym Summę sto Złotych pisany
polozyli w Miescie Niemieckia Ostrawie, kupicielowi nasi będą nam powinni
Wies z wierchu pisany postąpic bezwszego zmatku a forteli. A gestliby
na Wierzchu pisany Wies kto nazeknąl prawem duchownem albo swieckim
albo iakim kolwiek narokiem, My z wierzchu pisany Oppat y z będaczęmi

7A

Oppaty slubuiemy swą dobrą wiarą często pisaną Wies oswobodzic oczysac od wszystkich narokow przekazek wszelakich tolo razy, wielo razy by tego potrzeba była, kupicielom Naszym swym własnym nakładem a prazą. Tosz du zwierzchu pisany Oppat slubuię swą dobrą wiarą list swoy natę zasta wę wydzwignąc od Xiążęcia Jego Mosci Pana Mego Miłosciwego, tesz od Xiędza Oppata Tynieckiego Jegomosci potwierdzenie wyiednac na wey list a natę Wies Zabłocie, ze iest Ich Mosciow wola tey Zastawy a widerkauffu. Jtem ze z wierzchu pisany Piotr Ossinski z Syni Ortowski a Erba ni Swemi, mają tey z wierzchu pisany Wsi pozywac iak swego własnego dziedzictwa, iak sie gim nalepi zdac a lubic bydzie berewszy naszy a będących Oppatow Orłowskich przekazki, y zadnego inego człowieka tych ludzi w tey często pisany Wsi terazniejszych y będących my prze pusceli a mocy tego listu przepusgamy ze ~~tele~~ wszy naszy poddanosci a powinnosci. Ukazalichmy a ukazuiemy tey wszytką powinnosc a prawo ktorech my w tey Wsi mieli kupicielom naszym, tak długo do wypłaty naszy. zwierzchu pisany. My zwierzchu pisany Oppat y z bydącemi Oppaty dawa my tymto listem pełną mocz a prawo kupicielom naszym y iech wierny ręcze gdy by sie gim niezdalo tey Wsi a zastawy dzierzec, bedą mocz miec w tey Wsi Summie stattatych tey Wies zastawic Swieckiemu albo duchownemu Człowieku, bez wszelakie naszey przekazki a odpornosci, a wszakze bez skody wypłaty naszy. A ktoz by tento list miał z ynemi listy tego mego potwierdzenia, z dobrą swobodą wolą kupicielow

naszych

naszych, ten kazdy ma, a miec będzie tey pelney mocz a prawo bez umniey
szenia, iako oni sami kupicielowie na gorze pisani, iako kiedyby gim
tento list slowo od slowa swiadczyl. A tymu na swiadomi dwy pieczęc
... Konwentney ktemu to listu priwiesiedzich kazal. Ktory dany a pisa
ny w Orlowy we wtorek dzien swięty Panny Dorothy, Roku od Narodzenia
Syna Bozego tysięczczego pięcszetnego pietnastego poczytaiąc.

(Ocul. Sig.) 1497. Commutatio villae Wierzbica p. Joa. Abb.

39 Illustrissimo Principi et Dno Domino Casimiro Dei Gratia Duci Thessinensi Dno Grati
osissimo. Joannes Divinâ providentiâ Abbas totiusq. Conventûs Fratres Monasterij Tyne
censis Ordinis S. Benedicti Cracoviensis Dioecesis. Omnes in Christo devotos et debitam
reverentiam cum Commendatione Illustrissime Princeps et Dne Dne gratiosissime
Venerabilis ac Religiosus Frater Noster in Christo Carissimus Joannes Orloviensis Abbas
Terrae Ducatûs vestri relationem postulatoriam, cum ea quâ decuit religionis reveren
tia, in medium Nostri protulit exorans sibi praeberi nostrum consensum et assensum ad
commutationem faciendam cum Illustrissima Dominatione vestra, pro affectu ejusdem
vestrae Illustrissimae Dominationis cum bonis dictis Wierzbica, dictae Ecclesiae et Abbatiae
Orloviensis Vestri Ducatûs et Provinciae, pro alijs bonis Vestrae Illustrissimae Dtionis
in simili competentibus utilitate ac profectû providentis devote explicando pietatis
gratiam, affectum, patrocinium ampliacionisq. ejusdem Vestrae Illustrissimae Dtionis
Omnibus amplexati, extat ille locus praefatus seu Monasterium una cum Abbate
Commorantibusq. Fratribus. Nos verô ea attendentes gratiarum actionem promissa
immortali gratiosissime annuimus consensum sit et assensum ad devote porrigendam
plenariam facultatem praefato Dno Joanni Orloviensi Abbati ad faciendum prae
ventes ac conferentes, promittentes quidquid fecerit ratum, gratum, firmumq.

habere per presentes litteras Nostras Sigillo Communitas. Insuper iteratis vicibus humillime eandem Vestram Illustrissimam Dominationem exoramus, dignetur nos perdictumque locum una cum Fratribus gratijs premio et favoribus pro innata Clementia prosequi, meritaque in Divinam pietatem accumulare, Sua Vestrorum et posterorum, Nosque habere et Nostros Successores eviternos Exoratores, et pro Parente in longevum et ejusdem Dni Millesimi Quadringentesimi Nonagesimi Septimi.

Daß Vorstehende gegenwärtige abschrift auß Einer unter denen Cantzley Archiven deß Fürstenthumbs Teschen sich befindenden Metrica von Wortt zu wortt gezogen fleyßig collacionirit, und in allem gleich lautend bezeiget und daß hierunter gestellter Cancellay Insigel deß Teschen den 6 Augusti Anno 1696.

Infra Scripta Decreta ac Submissiones confundunt cautiorem.

40 Sacra Cæsarea nec non Hungariæ Boemiæque Rex etc: Propter Dnum Jacobum Piotrowic Abbatem Orloviensem ad Nuper porrectam Supplicam hisce notum facit, quod prenominata Ces: Reg. Maj. scripta et Documenta porrecta ã Monasterio Orloviensi hujusque praetendentibus, sicut etiam Regij Appellationis Collegij, super has concinnatas judiciales oppiniones vident, et quod in has necesse consideraverit.

Et quoniam tantum deprehendit, quod hæc res non ita instructa sit, ut desuper definitive judicari possit, sed majori et ordinabiliori demonstratione necesse sit, quam ob causam in quantum prenominatus Dnus Abbas petitarum partium Possessores ad ulteriorem adjudicationem non admiserit, sciat illas foro competenti ordine judiciali desiderare.

Secundum quod se dirigere ulterius sciat. Decretum per Imperatoriam Maiestatem in Consilio Boemico Wiennæ die 29 Aprilis Anno 1656.

Wilhelmus Comes Slavata mpp
Albertus de Colowrat mpp
Früsleben mpp.

41 Sacra Caes: nec non Hungaricae et Boemicae, Regiae Majestatis Dni Nostri Clementissimi, Nomine Reverendo Dno Ildephonso Tremecki Abbati Orloviensi intimandum altissime nominatam S:C: R: Majestatem, ex diversis ejusdem humillimis memorialibus bene intellexisse, qualiter pro redintegratione Pagorum et appertinentium antiquitus ad Monasterium Orloviense spectantium, saepius instanter humillime supplicaverint. Post-quam autem S. C. Reg. Majestas facta rei propositione eam nondum ita instructam deprehendit, ut constans conclusio desuper capi aut in publicum prodire posset, verum summe necessarium esse duxit negotium solidius è fundo disquirere. Ideirco Dnus Abbas eousq patientiam habebit, interimq pro directione hoc sibi applicare sciet, Cui saepius altissime mentionata S.C. Reg. Majestas de caetero gratia sua Caesarea Regiaq propendet. Decretum per Imperitorium Regiamq Majestatem Die 4 Mensis Julij Anno 1677

Joannes Hartwigius Comes de Nostitz.

Locus Sigilli Ignatius Tam.

42 Sacra Caes. nec non Hungariae Boemiaeq Regia Majestas Dnus Noster Clementissimus benigne audivit, quod non solum Serenissimus Princeps Dnus Sigismundus Augustus Rex Poloniae designatus Sueciae, Magnus Dux Litvaniae ac Russiae etc: Verum etiam Legati Suae Serenitatis, insuper etiam Abbas et Conventus Monasterij Tynecensis ratione Abbatiae Orloviensis, ut ea quae olim una cum Pagis et suis cohaerentijs à Duce Wenceslao Theschinensi occupata sunt, vicissim veris Possessoribus restituantur requisierint et petierint; Quamvis itaque Sacra Caes Mtas hac in re non tantum Serenissimo Regi Poloniae, sed ipsius Serenitatis Oratoribus postmodum quoq Abbati et conventui Monasterij Tynecensis, libenter hac in re ~~non tantum Serenissimo~~ gratificari, benevolè et gratiosè vellet,

975

Verum cum res ita se habeat, quod Abbatia Orloviensis quondam ut praemittitur à Venceslao Duce Tessinensi Sacrae Memoriae ab annis triginta et plus occupata postea à filio ipsius Friderico Casimiro suis Creditoribus tradita, et ultimo etiam alijs cum Consensu Sacrae Caes: Majestatis Parentis dilectissimi Domini Maximiliani piae memoriae et felicis recordationis vendita fuerit, intra quod tempus neque Abbas neque Conventus istius Monasterij Jus illorum prosecuti sunt, sed ita Silentio praeterierunt, facile hinc Sua Serenitas una cum Dnis Oratoribus atque Abbate, et Conventu Monasterij Tynecensis conicere potuerunt, ante omnia necesse est, ut Sacra Caes. Mastas (quo scilicet Jure praenominatus Dux Tessinensis Abbatiam illam occupaverit, atque suis Possessoribus postmodum fruendam tradiderit.) plenam istius causae habeat informationem sicuti Sacra Caes: Mtas: Cum Reverendissimo Principe ac Dno Andrea Episcopo Wratislaviensi Suae Majestatis Consiliario, atque per utramque Silesiam Supremo Capitaneo, ut omnia perspecta, et explorata ad Sacram Caes Mtatem humillime praescribat clementissime injunxit, et demandavit, ubi postea Sacrae Caes Majestati omnia relata ac exposita fuerint Sacra Caes Mstas ita negotium hoc sibi clementissime commendatum habebit, et sine ulteriori mora causa haec, vel per Commissarios, vel alium ad eum finem quem Jus et aequitas postulabit deducatur et perficiatur, Ex Consilio Imperatoriae Majestatis Bohaemico Pragae 14 Aprilis Anno 15900. 1592.

43 Caesareum Decretum Viennae obtentum Anno 1695.

Sacrae Caesareae atque in Hungaria Boemia Regiae Majestatis

Nomine

44 [illegible] Mssinequanihil [illegible] 93

nomine Rdo Dno Gaudentio Lipnicki Ordinis S. Benedicti gratiose signi
ficandum. Alte memoratam Caesaream Majestatem Supplicationem ab ipso
sub 19 Decembris Anni praeteriti porrectam, in puncto Abbatiae Orlovensis
cum appertinentijs, una cum litteris Commendatitijs ritè considerasse, simulq;
proferenda decisione plenaria in hoc negotio valde esse propensam,
si modo Acta et instrumenta haberentur completa, quâ de causa, tam
supremae per utramq; Silesiam Curiae, quam tribunali appellationum
quod Pragae subsistit serio demandasse, ut quam proximè acta apud
memorata tribunalia hoc in negotio existentia transmittantur; Non
gravabitur igitur Dnus supplicans interea paululum habere patientiam
secumq; evolvere poterit utrum pro maturanda executione hujus man
dati operam suam, uno vel alio modo impendendam è re esse duxerit,
Id quod alta memorata Sacra Caes: Mtas Dno supplicanti hisce signi
ficare decrevit, Caesaream Regiamq; gratiam eidem Confirmans

NB Sub hoc Numero tota Series actionis concluditur ac inde formari debet Decretum.

44 Per acta Commissione Doniana (ut Relatio ejus sub Nro 22 notatur de
Anno 1637.) in qua est demonstrato ac agnito spolio ~~per quam~~ fuerant reintroducti Monachi Tynecenses ad
possessionem Ecclesiae, ubi etiam constituit adversa pars valde exiguam ac subtilem
provisionem Electo Abbati ac Vicario administranti Sacramenta (ut vide
re est in attestatione sub Nro 33) videlicet unam maldradam frumenti
et pratulum unum exiguum pro alendis equis cum casula simplicissima
stramine tecta in qua habitarent una cum familia in uno miserabili
cubiculo. Tandem videns Conventus Tynecensis quod inibi residentes
debebat sustentare, ac providere illis victum et amictum, tum Sarta

Haec informatio datur correctior folio 93
NB Sine qua nihil agendum

Tecta tam Ecclesiæ quam Parochiæ restaurare ac ædificare (quod fit ad hæc usque tempora) ordinavit ad Augustissimum Imperatorem electum Abbatem Jacobum Piotrowicz, qui obtento dilatorio Decreto (ut insertum est sub Nro 40) expiravit. Quo extincto supplicavit denno Anno 1640 ad Augustissimum Imperatorem de restitutione bonorum Orloviensium per Electum Abbatem Goliszowski, qui unico memoriali porrecto Viennæ forte ex apprehensione tardissimi progressus vitam inibi finivit. Nec tamen hanc mortem Conventus Tynecensis apprehendit nam itemm Anno 1671 alium Abbatem Ildephonsum Trzemecki misit ad Augustissimum Imperatorem cum Supplici libello à Serenissimo Michaele Rege Poloniæ, qui obtento favorabili Decreto (ut hoc ipsum notatur sub Nro 41) modicum patientiæ habeat, usque ad sincerisationem seu meliorem informationem Causæ: Omnem ergo Conatum adhibuit Seniculus Pater pro informanda causa, ut ejus munimenta docent, ac tandem debilitatus senioque confectus resignavit. Post cujus resignationem alij ~~[illegible]~~ assionem Abbatum prosecutionem juris ac promotionem Causæ bella, pestes impediverunt ~~curarunt~~, Ast demum Gaudentium Lipnicki Anno 1694 Conventus Tynecensis misit, qui multis Curis ac laboribus pertæsus et magis inedia tempore obseratorum passuum et ob pestem in Polonia grassantem miserrime Orloviæ obdormivit, ac ibi sepultus, obtento etiam à Cæsarea Majestate benevolo Decreto ut sub Nro 43 notatur et alijs rescriptis prout diversæ Cancellariæ testantur.

Ac videns pars adversa ejus sincerissimam promotionem Causae, tum tendentas progressus (et maxime ex Communicatis sibi ab eo omnibus Privilegijs ac Documentis) ad finalitatem felicem; Opposuit ipsi Cautionem (quae concurrit solum temere litigantes) quâ objecta fecit recursum ad Augustissimum Imperatorem Supplicando (quia Cujus est leges condere ejusdem etiam Solvere) ut se contentarent cautione juratoria ubi etiam obtento rescripto ad Suppremam Curiam Wratislaviensem ac Dnum Capitaneum Tesinensem pro parere, seu ut suum hac in re sentimentum darent, quod postmodum datum ac remissum fuit ab utroqz subsellio favorabilissime pro parte Nostra in Anno et 700 die Mensis Junij 30, Cujus contentum formale. Cautio pro temere litigantibus est adinventa, sed quia Abbas Orloviensis cum Conventu Tynecensi non temere litigat, quia probat fundationem cum Confirmatione Summorum Pontificum: Probat Possessionem: Ad extremum probat expulsionem. non videtur temere litigare; quade causa liber debet esse ab omni Cautione; sed nec haec sententia de facto ipsum juvit, cum adversa pars nullo modo voluit aut vult declinare ab ea: Tandem iam ultimo volens hanc piissimam causam maturare, submisit se eam dare ex suppellectili argentaria Ecclesiastica Tynecensi, nullum consensum habendo tam ab Abbate ~~cum Conventu~~, quam etiam â Sacra Nuntiatura pro illo tempore Administratrice in Spiritualibus Conventus Tynecensis, quâ tamen oblata assignata connotata ponderata ac Censori ptas (ut infra Polonico idiomate specificatur) pars adversa noluit contentari, imo duplicem protestationem in Suo Ducatu contra eam et Actorem fecerunt. ut etiam infra notatur

79. Sed forte non innaniter, et non sine fundamento Illustrissimi PerIllustres ac Nobiles Domini Dni Provinciales opposuerunt cautionem Electo Abbati Orloviensi, nam Communicatis sibi ab eo omnibus Privilegijs ac documentis Orloviensibus, quibus visis, lectis, lustratisq videntur sibi ex illis regulam juris applicuisse. Qui succedit in bona succedit in onera. Illi enim dicunt se iustissimo titulo bona ejusdem Abbatiae possidere, quia contracta debita ab Illustrissimis Ducibus dicunt se exolvisse, ut in vim ejusdem peccuniae bona Orloviensia accepisse (qualia bona ~~[illegible]~~ de manibus Spiritualium vi erepta minime spectabant ad debita seu onera Ducum, dum Ducalia bona supermanserint) ut hac ipsam venditionem probant litterae a Sacra Caes: Majestate sub Nro 42. ac Cancellaria Wiertislaviensis sub Nro 32. Capitaneus Teschinensis sub Nro 31. Nihil itaq restat ad formandum Decretum, nisi ut bonorum divenditorum ac distractorum in Congressu Leopoldij penes fidejussores Illustrissimorum Ducum de Anno 1575 illorum contractus taxationes et divisiones demonstrentur, ac in quali summa ac valore possidebantur aut possideantur. Quia primo aliqui praenominatorum Possessorum habent suas Evictiones, ut una est super Dubrovam et Pombam, quae facta fuit post expulsionem Anno 26. videlicet Anno 1588. à PerIllustri Dnâ Ruczka agonizante et recognoscente ultima voluntate ut sub Nro 24. Quod si bona spectantia videlicet Dubrovam et Pombam restituere cogarentur PerIllustris Dnus Bernardus Barski Conventui et Abbati Orloviensi: deberet in sui satisfactionem occupare Superiorem Villam Marklowice, ac non citius de illa cedere nisi illi mille thaleri Silesitici extradarentur, quas Villas videtur praenominata Ruczka solum in mille thaleris Silesiticis obtinuisse et possedisse, Et in simili

‡ de lege Divina ac humana exonerando conscientiam suam quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum

Et in Simili Summa Dño Bernardo Barski permisisse. Similiter super Villas Orlovian et Lazy ex relatione Commissionis ut sub Nro 23 constat, quod Perillustris Dominus Bludowski habeat suam evictionem in Piotrovice novem millia thalerorum Silesiticorum à Dño Cygan in Anno 1617 per contractum inscriptorum. Et item 2do Villa Zablocie quæ vendita fuerat ab Abbate Orloviensi ut sub Nro 18 notatur ubi in hac venditione non est insertus Conventus Orloviensis, et inde colligitur quod nullus assensus fuerit hujus venditionis à Conventu Orloviensi. Sicut etiam Villa Koczobontz est oppignorata solummodo in Certum aureis ut sub Nro 30 Senbitz Ac Villa Wierzbica per Commutationem Illustrissimo Duci aut Perillustri Dño Petro Ossyński tradita, nec tamen alia Villa aut proventus ex ea ad locum et tempus specificatur aut demonstratur ut sub Nris 32 et 39. Itaque hæ primo notatæ Villæ cum suis Evictionibus spectant ad strepitum juris, et decisionem Sententiæ utrum à Successore Spoliatoris debeant exolvi, vel moderni Possessores suis Evictionibus debeant attendere, quibus Evictionibus eorum jura debilitantur, ac alicui et suspicioni subjacent. Item 2do Quæ Villæ venditæ ut sub Nro 18. Oppignoratæ 30 Permutatæ sub Nro 32 et 39 fuerant, similiter Judicis Sententia desiderant circa fructus percipiendos a prima venditione oppignoratione ac permutatione quia hæc venditio sine assensu Conventus proprij, et Oppignoratio, Permutatio traditione aliorum bonorum ac sine approbatione Sacræ Sedis Apostolicæ nullius est valoris. ~~Certo~~ Quo omnes prefatæ actiones ad vindicationem Cæterarum Villarum et Possessionum ~~...~~ Successor Spoliatoris tenetur ~~Conventui~~ suis sumptibus non solum illas instructas, bene provisas, sed etiam usumfructum a primo Spolio de illis restituere ac resarcire, qualicunque modo innodatæ divenditæ ac oppignoratæ fuerunt aut sint, debent Spoliatis restitui, aut in Simili de bonis Spoliatoris à Successore ejusdem, alia bona assignari ~~...~~ dari plenissimo Jure prout a prima fundatione prætensæ ~~provisa~~ et penes spolium provisæ ac instructæ fuerant ~~...~~ Caput sine alijs membris nihil potest agere. Oppignoratio similis, est semper illicita, ut in attestatione exprimitur Sub Nro 30

-8π

Oppositiones Malefidei Possessorum.

45 Qui nimium justos se faciunt, nam exposcendo Cautionem à meo Antecessore piæ memoriæ Gaudentio Lipnicki in casum Succubentiæ, oblatam sibi in argentaria Ecclesiastica noluerunt acceptare, allegando Sententias Canonicas in illorum oppositionibus expressas ut infra notantur in protestatione. Et mirum quod non vereantur hæc scribere ac seipsos decretare sententiareq; cum et ipsi res in manibus Spiritualium per annos trecentos triginta quinq; existentes, mobiles et immobiles Ecclesiasticas usui Sacro amictuiq; Religioso necessarias, iam per annos Centum quinquaginta detineant possideant ac usurpent. Quod totum docetur deducatur ex Privilegijs Processu, et alijs evidentissimis argumentis. dolendum itaq; quod nolint seipsos de Captivitate æterna liberare secundum eorum Sententias, nam non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. Et inde clarissime eorum Sinceritas justitiaq; apparet, quod solum colorem effugiorum, protractionem, dilationemq; juris quærant, ac volunt frui bonis æviternè, Ex quibus videlicet bonis à primo spolio et illorum possessione Similia Sacra vasa (vel satis ex sumptibus quos Conventus Tynecensis in promotione hujus piæ Causæ exposuit) ferè Centies majora ac meliora potuissent comparari. Quorum Vasorum Sacrorum Specificatio conscripta cum taxa ac Valore per Jubilires et Aurifabres Urbis Metropolitanæ Cracoviensis notatur.

Taxa seu Valor Suppellectilis Argenteæ de Ecclesia Tynecensi; Assignatæ pro Cautione Tessinium: ad instantiam Per Illustrium et Reverendissimorum D. D. Theodori Zielonacki Prioris et Custodis Tynecensis, Gaudentij Lipnicki electi Abbatis Orloviensis; imo ad instantiam totius Venerabilis Conventus

Tynecensis

Tynecensis. Nos infrascripti Jubileri et Aurifabri Metropolitanae Civitatis Cracoviensis cum scitu Magistratus ponderavimus et taxavimus inferius specificatu argentum

Monstrancia spora y wysoka staroswiecką robotą zrobiona, pedestal dorabiany. w teyze Monstranciey są rozne figury odliwane y wieze, a neymnieysay wszystką zakonczona, Sama Suto Złocista, okrom pedestalu. Taz Monstrancia takowem porządkiem iest wystawiona: pedestal iest wniey dorabiany biały wosm grani zrobiony, na kazdym grani iest stychowana Osoba, nad pedestalem Gelza wieza zrobiona z osobkami, na ty wiezy wieniec z grona winnego i liscia przewiązany, takze Osobki swiętych; w postrzodku tego wienca stoi B.V. Maria. Synacka Swego trzymającą, promienie okolo, przi glowie Anjolkow para trzymając korone, przi tym wiencu, Spodem są dwa cherby ieden Tyniecki z kluczami y mieczam, drugi Panna na Niedzwiedziu nazwany Rawic, na Wierzchu tego Wienca następuje wieza odliwanymi stukami, na tey wiezy spiera sie strzedni Cirkul z promieniami w ktorym hostija bywa, po bokach tego Cirkulu są stuki odliwane na kstalt filarow z wiezyczkami i Jest potym nad hostiją wieza, w ty wiezy iest odliwana Osoba wyrazająca resurrektiją Christi. Znowu nad tą figurą, iest wieza, wniey iest figura Ascensionis Dni; nad tą wiezyczką przichodzi krziz przi nim B.V. Maria z S. Janem, Ta wszytka Monstrancia okrom pedestalu iest Suta Złocista, wazy grziwien 7 8. proby Styrnasty. Grziwna valoru względem proby tak dobry y pozloty y nieco roboty po tinfach 60. Summa facit thalerow bitych Siemdmset Osmdziesiąt dico 780.

83. Item kielichow para Staroswieckiey roboty, oba iednakie, Suto złociste, proby
Styrnasty z herbem rawiczem nazwanym to iest Panna na Niedzwiedziu. Podestał,
v nich wszesc grani, na tych graniach Swięci odlewani y nitowani, Gelza
wieży zrobione, w nich Swiętych Sesc odlewanych, karkaba drotowey roboty
zrobiona, nad nią koronka odlewana. Ważą te kielichy obadwa ktore są
proby Styrnasty, y Suto złociste dobrze, tedy grzywna valoru tinfow Sesc
dziesiąt, a ważą Marcas Siedmnascie łotow dwanascie, Za nie Summa
facit sto Siedmdziesiąt y dwa talery bite y tinfow trzy dico №72
tinf-3.
Item kielichy dwa staroswiecky robotą suto złociste proby Styrnasty
podestały v nich wszesc grani zrobione, w iednym kielichu na Nodze Osoby
odlewane - Gelza wieża robiona, w okienkach tey wieży są osobki stojące
za nimi okna Smalcerowane durchsichtig Blau Smeltzem, karkaba nie
dnego w koronę wybijana; w drugim tekże kielichu Noga wszesc grani
zrobiona, lebry są odlewane y nitowane, Gelza wieża zrobiona okienka
drotowa robota biało y Zielono smalcerowana. Karkaba odlewana, tez
kielichy obadwa ważą Marcas dziesięc łotow iedynascie. A wiera dwie
Grzywna valom tinfow Sesdziesiąt. Summa facit thalerow bitych sto
Siedm tinfow pięc. y grosy piętnascie dico №107.
tinf 5.

Item Panskych kielichow dwa staroswieckich Suto Złocistych drotowey
robotą knaufy y Gelza y karkaba zrobiona, koronki przy karkabie odle
wane, te kielichy ważą Marcas Osm łotow dwanascie, proby Styrnasty
Grzywna valoru thalerow bitych dziesięc. Summa facit thalerow bitych
Osmdziesiąt pięc y tinfow trzy dico - 85.
-3.

Item kielych ieden, ten ma nogę odlewaną na nim sztyftowane dubleciki czer
wione y zielone, Gelza y filety odlewane y karkaba odlewana, na nie są tur
kusiki y lekkie diamenciki wprawione. ten kielich waży Marcas sześć lotow
trzinascie, suto złocisty proby iedynasty. Grziwna tedy valorn po tinfach sztyr
dzieście sześć respectem roboty y pozłoty. Summa facit piędziesiąt dwa talerow
bitych - - - dico 52.

Item ieden kielich na pedestale są odlewane labiryki główki Aniołkow
trzi, Gelza ze trzech Aniołow odliwanych zrobiona, karkaba odlewana effi
gies na niey Salvatora Panny Mariey y Piotra Swiętego, z podem pedestalu
iest ponczerowany Swięty Benedikt z herbem Tynieckim, ten kielich iest
suto złocisty. waży grziwien sztyry lotow sztyrnascie. Grziwna valorn tinfow
piędziesiąt Summa facit thalerow bitych sztyrdzieści tinf. sztyry dico 40.
-4.

Item lichtarze alias noga do Krziża nowo zrobiona, drut żelazny przez nię
idący dla roczy, na tey że nodze są nitowane trzi sztuki pozłociste, na iednym
iest herb Tyniecki, na drugie Swięty Benedikt na trzecie Scholastika. Waży
ze wszytkim piędziesiąt y iedną Marcas lotow dwanascie, proby iedynasty
tego srybra valorn Grziwna y zrobotą tinfow sztyrdzieści. Summa facit trista
sztyrdzieście y pięc talerow bitych dico 345.

Item turibularz złodką nowo zrobiony proby iedynasty, waży Marcas
Osm lotow Osm. Grziwna po tinfach sztyrdzieści computując roboty, Summa
facit thalerow bitych piędziesiąt sześc y tinfow trzi dico 56.
3

Item lichtarzi para nowo zrobionych, przez ktore idą pręty żelazne, na nich
także iest herb Tyniecki y S Benedicta Obraz y S Scholastyki, te sztucki są

złociste, to srebro iest proby iedynasty, wazy Marcas sztyrdziesci i pięc lotow osm. Grziwna valoru tinfow sztyrdziesci, Summa facit thalerow trista y trzi tinf dwa Dico — — 303
-2

Item patyn osm Suto złocistych staroswieckie roboty do wys pomienionych kielichow nalezące, sasc są proby sztyrnasty, a dwie proby iedynasty, wazą społem wszytkie osm Marcas dziesięc lotow dwa. Grziwna valoru tinfow siedziesiąt. Summa facit thalerow bitych sto y ieden tinf dwa Dico — 101
-2.

Item krziz opaci złoty wazy aureos Numero dwadziescia y sztyry, ieden czerwony złoty tinfow dziesięc, Summa facit thalerow bitych sztyrdziesci
wszytko to srebro taxowane z robotą ktorego Dico 40.

Summa Summarum facit thalerow bitych po sescin tinfach ieden racha ięc Nro 2084 tinfow 5.

Stanisław Vrzewsky
Wazrik Miasta Krakowa.

(Locus Sigilli)

Jan Tomaskiewicz Senior in Contubernio Aurifabrorum

Contra hoc depositum Protestatio Adversariorum.

Reverendissimo et Doctissimo Dno Gaudentio Lipnicki Abbati Orloviensi mihi plurimum honorando Dne Pater.

Qualiter N.N.N.N. a reverentia Vestra accuvati et interessati Dni Dni Provinciales apud me se insinuarunt, et ad intelligendum dederunt, quomodo illi apud illum in vim Cautionis de succumbentiæ oblatum Ecclesiæ et Monasterij argentum pignus non acquiescere, neque suam exceptionem extradere

extrudere possunt, nisi Reverentia Vestra tale pignus, quod extra hominum commercia non sit in valore 4000 Imperialium deponat. Hoc et plura alia ex observatis circumstantialiter percipiendum est. Qua propter hoc Dno Patri communicare et preterea ari Officij mei dare volui, ut is ad media cogitet, ut adictum pignus aut in paratis, aut in alio aequivalenti, quae in Commercio hominum essent deponat, et ut hoc in casu cursus appellationis non detineatur. Nos de reliquo protectioni Divinae Commendans permaneo Thessinij 9 Martij Anno 1700 Reverentiae Vestrae

Sacrae Caes: Regiaeque Majestatis Consiliarius, et in ejus Caem haereditario Ducatu Teschinensi Constitutus Capitaneus Provincialis Adam Wenczel Comes Tenczin

Illustrissime Sacri Romani Imperij Comes Nobis gratiose Dne Capitaneae Provincialis Debita cum Obedientia et respectu ad nos N.N.N.N. a Dno Gaudentio Lipnicki Abbate Orloviensi accusatos et interressatos Provinciales sub dato Teschinij 30 Januarij Anno hujus 1700 ini Incljti regalis officij emanatum rescriptum. Et quidem ego Fridericus Georgius Welczek Liber Baro a Gutten Landes et Hulczin, Ctatebru? arij, Nos vero caeteri Successu temporis percepimus, et tam ex eodem quam observatis pluribus intelleximus, qualiter supra menoratus Dnus Gaudentius Lipnicki aliquod pignus in vim Cautionis de refundendis damnis et expensis in Casum Succubentiae in termino 6. hebdomadarum, iuxta suam obligationem et promissionem deponere se quidem explicuit. Praeterea etiam quod illud in Argento Ecclesiae et Monasterij constabit insinuationem fecit. Inclytum vero regale Officium nobis ad liberam volunatatem dedit, utram Omnibus Nobis ipsiomet vel persubstitutas Nostros se Teschinij sistere menoratumque pignus recognoscere placuerit.

Quemadmodum verò inclyto Regali Officio in grattiosa memoria erit, qualiter nos jam protestando insinuaverimus, quod nos in hoc pignore nullas res quae extra Commercia hominum sunt suscipere possimus nec volumus.

Et quia iterato memoratus Dnus Gaudentius Lipnicki una cum alijs hic praesentibus Dnis Ecclesiasticis et Confratribus Ordinis sui se semel obligavit unu pignus in vim Cautionis in Casum Succubentiae ad 4000 flor. se attens usque ad finalem compositionem hujus rei deponere non potest nos hujus judicialiter semel promissi effectu pignoris frustrari vel suae obligationi contravenire, quod autem re ipsa ex utraq; parte eveniret, si ille argentum Ecclesiae ad depositum daret, siquidem indisputabile est, quod res Ecclesiae nec ab Episcopo vendi, nec per quoscunq; alios contractus, ut sunt concessiones hypothecae, pignora etc. excepto Casu redemptionis Captivorum alienari possint Decret. p. 2. C. Casellas. i de administrat. rer. Eccles. Item Apostolicos, de rebus Eccles. alienat. Zvazius ad jus Cano. de rer. reb. Eccl. alien.

Et quid quid de sacratis vasis vel ministerijs à quolibet Clerico usurpatum fuerit Ecclesiae restitui debet. Decret: d. pa. 2. Augustino de reb. Eccles alien Ex quibus clare patet, quod tale pignus nulliter et contra jus deponeretur Consequenter nos etiam in illo nullum regressum haberemus quo Cum. Pro Edo Dnus Lipnicki suae obligationi contraveniret, quoniam quae contra jus fiunt pro infectis haberi debent Reg. 6ta. de Reg. Juris.

Ulterius cum nos ratione propositi argenti deponendi protestando nobis provi derimus, quod casu quo tale de rebus extra hominum commertia existentibus esset, nos nullatenus penes hoc stare possumus, Dnus Gaudentius Lipnicki in domo Ill. ban Dni Baronis à Wilczek (tit) in præsentia Patris Prioris (tit) Tynecensis, et aliorum promiserit, et se his explicuit, se nullo modo tales res quæ in nullius patrimonio essent deponere velle. Ideo nos non [illegible] vem admirationem trahit, quod nunc idem aliam cantilenam sonare velit, quod sine mysterio esse non potest, siquidem apparere vult, acsi ille idem conscientia victus, promissam cautionem illudere, tales inacceptabiles res deponere tentat sinistram apparentiam huic dare, acsi ille promissis suis stetisset, nos verò ad hanc rem protrahendam pignus illud suscipere non valemus, ut sub tali specioso prætextu aliquod sinistri contra nos machinari possit sed frustranea, siquidem notissimum est, quod paria sint non fieri, vel minus legitime fieri L. quoties 6. ulti: Jus ff: 9: satis d: art. leg. Sicut etiam non facere, vel minus perfecte facere. S. quis. 46. de: elect: in 6. Barb. l. 14. a. 19. h. 20.

Nec potest etiam Dnus Gaudentius Lipnicki impossibilitatem aliter nos assecurandi allegare, nam hic notum habetur, quod ille bona Ostraviensia pro aliquod millibus Imperialium paratis emere desiderat, adeoqz poterit etiam hic apud aliquod 4000 Imperialium in interesse deponere, quod nobis pro assecuratione in casum succumbentiæ esse, ille etiam exinde nullum damnum pati potest cum annuatim admissas usuras habiturus sit.

Nam vel hic extraneus Dnus Gaudentius Lipnicki nobiscum bonâ fide procedit vel non. Si primum, tunc tenetur iuxta Suam obligationem et promissum legitimè vel pecuniâ, uti judicialiter promisit, aut alijs æquivalentibus rebus, quæ in Comertio hominum existunt, nos assecurare. Si secundum, tunc nobis sæpe mentionatus Lipnicki vitio vertere non potest, quod nobis præcaveamus, nec etiam quod nos suam indecentem oblationem acceptare non velimus nos inculcare, cum non bona fide nobiscum procedat; quia præcautio Mater Securitatis et præcavenda sunt futura pericula L: j in pr. distin: 23 Barb: 14. C5 X. a T. Cum ergo quod semel placuit amplius displicere non potest apparet.

Proinde inclytum Regale Officium Nostra debita et humillima postulatione obtestamur sæpius fato Dnô Gaudentio Lipnicki Abbati vi Officij Sui imponere dignaretur, ut ille suæ judicialiter semel susceptæ obligationi tempestivam satisfactionem præstare tale pignus quod extra hominum Comertia, et iure Canonico prohibitum non esset intergiversabiliter deponere velit, et ipsemet ansam non det, ut nos non adimpletis ex parte ipsius Conditionibus cum Nostra exceptione, vel hujus fatalibus procedere nequeamus, mora enim Sua cuilibet nociva; quam primum enim tale pignus deposuerit, volumus statim ad primam Cautionem inclyti Regalis Officij in ejusdem residentia, aut etiam Cancellaria nos sistere, idem recognoscere, et si id taliter, prout promissum est, et de iure requiritur, constitutum erit in Nostra exceptione volentes et obedientes pergere. Super quod non solum pro extraditione unius authenticæ recognitionis humillime, verum etiam dus et Iustitiam

debita

debita Submissione imploramus, et cum reservatione omnium quomodocunq; competentium beneficiorum Juris permanemus Inclyti Regalis Officij Officio obedientes

Regale Officium Provincialis Capitaneatus in Ducatu Teschinensi Pingas 2da Martij A. 1700.

NN.NN. accusati et interessati Provinciales.

40 Gravamina Rdi Dni Georgij Tojowski quondam Parochi Polono Ostraviensis, contra Parochianos suos, inscriptis propriâ ejusdem manu annotata et pro directione suorum Dnorum Successorum relicta, quæ sonant uti sequitur.

1mo Irascuntur mihi Parochiani Polsko Ostrav: ideo quod eorum Prædicantium Lutheranum curaverim capi, qui in publicis carceribus Teschinij tribus quadrantibus anni sedit.

2do Bis me volebant occidere sine causa, administrationem justitiæ apud Dnam acquirere nonpotui, ne illos persequar, jure ulteriùs illi me falsa accusatione prosequuntur.

3tio Obiurgavi illos, quod eant ad Craczam, ibiq; post sumptam Cænam communicant.

4 Rebelles illos appellavi, quia rebellisant adversus patentes Cæsareæ Majestatis in quibus mandatum est, ut pro festis sollemnioribus ad Offertorium eant, illi verò obtemperare nolunt

5to Rebellisant adversus patentes Dni Capitanei Terrestris, à quo mandatũ habent, ut mihi ædificent, cellarium, Stabulum, horreum illi verò protervè proterve nolunt.

6 Dum pulsatur Campanis ad Ecclesiam nolunt venire, sed ad Bernardum, et alias femellas vendentes concurrunt fabulasq; eorum malunt audire, quam divinum verbum, per quod ratione ~~Ecclesiæ~~ elemosynæ defraudatur Ecclesia.

7mo In festo Beatissimae Virginis Mariae pro Sacrificio missae audiendo nunquam ex contemptu mero veniunt.
8. Dum concurrunt duo festa, nunquam in Ecclesia comparent quia pro sale in Coloniam pergunt.
9 Irascuntur mihi ideo quod exprobraverim illis publice, quod ad Sylvam Borek ultra Per Illustris Dnae Sedlnincka piscinam frequenter ad Praedicantium Lutherani cum pergant, spreta Ecclesia Catholica, penes quam non sunt digni sepeliri post mortem, cum illam in vita contemnant.
10 Inimici mei fuderunt mihi aquam veneratam, et ossa mortuorum hominum sepeliverunt, quis vero fecerit ignoro, quae dum inadvertenter pertransissem in porta, magnos in pedibus et manibus, ac in toto corpore pati dolores cogor, praesertim vero in Novilunio.
11. Antecessores mei maximam ab illis passi sunt persecutionem post receptam ab haereticis Polsko Ostraviensem Ecclesiam Primus ~~Religiosus Tynecensis Ordinis ob persecutionem~~ Parochus Rdus Pr. Adamus Roztidlo aliquoties concussus enormiter ut ipse publice fatebatur. 2dus Rdus Pr. Casimirus Religiosus Tynecensis Ordinis ob persecutionem ipsorum magnam in Parochia Polsko Ostraviensi habitavit, sed aut in arce aut in Pago Grusow. 3tio Rdus Pr Joannes Religiosus Commendarius Polsko Ostravi vitabat habitationem in Parochia quia timebat Martyrium. Si ergo Antecessores meos tantopere prosecuti sunt, quo modo me prosequi non deberent, dum eorum nequitiam in Concione frenare volui.
12. Factis Regalibus vijs per meum Parochialem fundum et hortum novas vias

vias faciunt, damna in frumento committunt, prata quolibet anno depascunt contra quos, quando in Concione exagerationes facio malus esse videar.

13. Judex Polit. Ostraviensis nuncupatus Bernat, homo est pessimae conscientiae quia pecuniam pro Parochia et schola aedificanda congregatam penes se retinet, rationem ex illa dare non vult, quamvis aliquoties ipsi Dnã fundi demandaverit. Congregationem diebus Dominicis facit aliquoties mane ut avocaret populum à devotione. Diebus festivis circa foenum laborat ac circa frumenta, unde alios ad laborem exemplo suo provocat.

14 Stabulum pro peccore à Praedicantio Tobia aedificatum intra atrium Parochiae nuncupatus Bernat Judex absq consensu meo disici et annihilari ex odio contra me assumpto curavit, quod non indigebat nisi coopertione straminea et aliqua restauratione.

93
Nro 44 Instructio definitiva in Causa Abbatiae Orloviensis pro formando Decreto.

Peracta Commissione Doniana (ut relatio ejus sub Nro 22 notatur de anno 1671) in qua ex compertis demonstratis ac agnitis causis (Erectionis ut sub Nro 1.2.3.4.6. 14.21. specificatur, Possessionis quae ~~fuit~~ omnibus documentis demonstratur, quia haec durabat per annos trecentos ~~triginta~~ et ultra, videlicet ab anno 1227 usque ad Spolium ad annum 1562. Spolii ut sub Nro 14.21.22.28.31.32.35.36) fuerant reintroducti Monachi Tynecenses ad possessionem Ecclesiae (expulso haeretico Praedicantio, qui praefuerat Ecclesiae Orloviensi per annos 70 imediate a Spolio) ubi etiam adversa pars constituit valde exiguam ac subtilem provisionem electo Abbati ac Vicario administranti Sacramenta (ut videre est in attestatione sub Nro 33) videlicet unam maldradam frumenti, et pratulum exiguum pro alendis equis, cum gasula simplicissima stramine tecta, in qua habitaret praedictus Abbas cum Vicario ac familia in uno et eodem miserabili cubiculo. Tandem videns Conventus Tynecensis, quod inibi residentes fovere sustentareque debeat, ac providere illis victum et amictum, tum sartatecta tam Ecclesiae, quam Parochiae restaurare et aedificare (quod fit ad haec usque tempora) ordinavit ad Augustissimum Imperatorem electum Abbatem Jacobum Piotrowicz, qui obtento dilatorio decreto (ut insertum est sub Nro 40) expiravit. Quo extincto supplicavit denuo anno 1640 ad Augustissimum Imperatorem de restitutione bonorum Orloviensium per electum Abbatem Golisewski, qui unico memoriali porrecto Viennae forte ex apprehensione tardissimi progressus vitam inibi finivit. Nec tamen hanc mortem Conventus Tynecensis apprehendit, nam iterum anno 1671 alium Abbatem Ildephonsum Trzemecki ad Augustissimum Imperatorem cum supplici libello a Serenissimo Michaele Rege Poloniae direxit, qui obtento favorabili decreto (ut hocipsum notatur sub Nro 41) ut modicum patientiae habeat, usque ad sincerisationem seu meliorem informationem causae; Omnem ergo conatum adhibuit Seniculus Pater pro informanda causa, ut ejus munimenta docent, ac tandem debilitatus Senioque confectus resignavit. Post cujus resignationem aliorum Abbatum

prosecutio

prosecutionem juris, ac promotionem causae bella, pestes, ac diversa disturbia impedi
verunt. Ast demum Gaudentium Lipnicki anno 1694 conventus Tynecensis (cum expensis
multorum millium) misit, qui multis curis ac laboribus pertaesus ac magis inedia tem
pore obseratorum passuum et ob pestem in Polonia grassantem miserrimè Orloviae obdor
mivit, ac ibi sepultus: Obtento etiam à Caesarea Majestate benevolo decreto ut sub
Nro 43 notatur, et alijs rescriptis prout diversae Cancellariae testantur. Ac videns pars
adversa ejus sincerissimam promotionem Causae, tum tendentes progressus (et maximè
ex Communicatis sibi ab eo omnibus privilegijs ac documentis) ad finalitatem felicem
opposuit ipsi Cautionem (quae concernit solum temerè litigantes) quâ obiecta fecit re
cursum ad Augustissimum Imperatorem supplicando (quia cujus est leges condere
ejusdem etiam solvere) ut se contentarent cautione juratoria, ubi etiam obtento rescri
pto ad Suppremam Curiam Wratislaviensem, tum ad Dnum Capitaneum Tesinensem
pro parere, seu ut suum hac in re sentimentum darent, quod post modum datum ac
remissum fuit ab utroq subselio favorabilissimè pro parte nostra in anno 1700 die 30
Mensis Junij. Cujus Contentum formale Cautio pro temere litigantibus est adinventa
Sed quia Abbas Orloviensis cum Conventu Tynecensi non temerè litigat: Quia probat
fundationem cum Confirmatione Summorum Pontificum, probat Possessionem: ad extre
mum probat expulsionem non videtur temerè litigare; quâ de causa liber debet esse
ab omni Cautione; Sed nec hac sententia ipsum iuvit, cum adversa pars nullo mo
do voluit aut vult declinare ab ea; Tandem iam ultimo volens hanc pijssimam
causam maturare, submisit se eam dare cum quibusdam Monachis Tynecensibus ex
Suppellectili argenteria Ecclesiastica Tynecensi, nullum consensum habendo tam
ab Abbate quàm etiam à Sacra Nuntiatura pro illo tempore Administratrice in
Spiritualibus Conventus Tynecensis, quâ tamen oblata, assignata, Connotata, pon
derata, taxata, conscripta (ut infra Polonico idiomate specificatur ex suo
Authentico folio 82) pars adversa noluit contentari, imo duplicem protestationem
in suo Ducatu contra eam et Actorem fecerunt, ut etiam infra notatur folio 86

Curiose ac rite perspecta examinataq; Causa
Sed forte non innaniter, ac non sine fundamento Illustrissimi Perillustres ac Nobiles Dni Dni Provinciales opposuerunt Cautionem electo Abbati Orloviensi, nam Communicatis sibi ab eo omnibus Privilegijs ac documentis Orloviensibus, quibus visis lectis lustratisq; videntur sibi regulam juris applicuisse Qui succedit in bona succedit in onera. Illi enim dicunt se iustissimo titulo bona ejusdem Abbatiæ possidere, quia contracta debita ab Illustrissimis Ducibus dicunt se exolvisse, et in vim ejusdem peccuniæ bona Orloviensia accepisse (qualia bona vi erepta de manibus Spiritualium minimè spectabant ad debita seu onera Ducum, dum Ducalia bona supermanserint) et hanc ipsam venditionem probant litteræ a Sacra Cæs: Majestate sub Nro 42. ac Cancellaria Wratislaviensis sub Nro 32. Capitaneus Teschinensis sub Nro 33. Chronicum Dni Laprocki sub Nro 20. Nihil itaq; restat ad formandum Decretum, nisi ut bonorum divenditorum ac distractorum in Congressu Leopsicij penes tutores Illustrissimorum Ducum de anno 1575 illorum contractus, taxationes, et divisiones demonstrentur, ac in quali Summa valoreq; statim possidebantur post spolium aut possideantur. Quia aliqui prænominatorum Possessorum habent suas evictiones: ut una est super Dubrovam et Pombam villas, quæ facta fuit post expulsionem anno 26 videlicet anno 1588 a Perillustri Dna Ruczka agonizante et recognoscente ultima voluntate ut sub Nro 24. Quod si bona spectantia videlicet Dubrovam et Pombam restituere cogeretur Perillustris Dnus Bernardus Barski Conventui et Abbati Orloviensi, deberet vicissim in sui satisfactionem occupare Villam Superiorem Marklovice, ac non citius de illa cedere, nisi illi mille thaleri Silesitici extraderentur, quas Villas videtur prænominata Dna Ruczka solum in mille thaleris Silesiticis obtinuisse et possedisse, et in simili Summa Dno Bernardo Barski permisisse. Similiter super Villas Orlovam et Lazy ex relatione Commissionis ut sub Nro 23 constat. Quod Perillustris Dnus Bludowski habeat suam evictionem in Villa Piotrovice novem millia thalerorum Silesiticorum a Dno Cygan in Anno 1615 per Contractum inscriptionis.

Et Item

Et item 2do Villa Zablocie quæ vendita fuerat ab Abbate Orloviensi ut sub Nro 28 ubi tamen in hac venditione non est insertus Conventus Orloviensis, ac inde colligitur, quod nullus assensus fuerit hujus venditionis à Conventu Orloviensi. Sicut etiam Villa Koczobong est oppignorata solummodo in Centum aureis ut sub Nro 30 scribitur. Ac Villa Wierzbica per Commutationem Illustrissimo Duci aut Perillustri Dno Petro Ostrynski tradita, nec tamen alia Villa aut proventus ex ea ad hocusq tempus specificatur aut demonstratur ut sub Nro 32 et 39. Itaque hæ primo notatæ Villæ cum suis evictionibus spectant ad strepitum juris, et ad decisionem Sententiæ, utrum à Successore Spoliatoris debeant exsolvi, vel modernis possessores suis evictionibus debeant attendere. Item 2do Quæ Villæ venditæ ut sub Nro 28. Oppignoratæ sub Nro. 30. Permutatæ sub Nro 32 et 39. fuerant, similiter Judicis sententia desideratur, maxime circa fructus perceptos à prima venditione Oppignoratione, ac permutatione, quia hæc Venditio seu ille contractus sine Conventus seu Conventus proprij nullus est, caput enim sine alijs membris nihil potest agere ac concludere: Et Oppignoratio similis, semper est illicita quæ exprimitur sub Nro 30 Permutatio sine traditione aliorum bonorum nullus est contractus, imo frangenti fidem frangatur eidem. Et ultimo sine approbatione Sacræ Sedis Apostolicæ ~~hæc~~ hæ omnes actiones nullius sunt valoris. Tertio quo ad restitucationem Cæterarum Villarum et Possessionum de lege Divina ac humana exonerando conscientiam suam (quia non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum) Successor Spoliatoris tenetur suis sumptibus non solum illas instructas, ac bene provisas, sed etiam usum fructum à primo spolio de illis restituere ac resarcire, qualicunq modo innodatæ avenditæ ac Oppignoratæ fuerint aut sint, debent spoliatis restitui, aut in simili de bonis spoliatoris à Successore ejusdem, alia bona assignari dari plenissimo jure, prout præteritæ à prima fundatione et penes Spolium provisæ ac instructæ fuerunt.

197 Copia humilis Supplicationis ad Sacram Cæs. Mtatem Carolum Sextum in Anno 1713.

Augustissime et Invictissime Romanorum Imperator
Sacratissime ac Catholicissime Hispaniarum, Hungariæ Boemiæ etc: Rex
Domine Domine Clementissime.

Abbatia Orloviensis in Superiori Silesia et Ducatu Teschinensi, ac in Dominio Fray
stadiensi situata. Et à Gregorio Nono Summo Pontifice in anno 1227 et iterato 1229
confirmata. Anno vero 1562 invalescente hæresi, ac lapso in eam Illustrissimo Wen
ceslao Duce Teschinensi, qui eâ, quasi infascinatione aut rabie aliqua infectus
omnem Clerum, tam intra Teschinum, quàm extra persequebatur. Ubi etiam Monachos
e Abbatia Orloviensi expulit, uno trucidato, quibus expulsis violenter occupavit
Monasterium illud, q[ue] spoliavit tota Suppellectili tam Ecclesiastica quàm domestica
Villis, Pagis, et Prædijs instructis, omnibus rebus mobilibus et immobilibus, perti
nentijs ac attinentijs. Quas pertinentias ac Villas postmodum fidejussores
minorennis Ducis Casimiri inter debitores ac Creditores distraxerunt Dispers
seruntq[ue]. Supplicavit itaq[ue] Ordo Sanctissimus Benedictinus, ac præsertim
Conventus Tynecensis multoties adhibitis instantijs Serenissimorum Regū
Poloniæ, Augustissimis Antecessoribus Sacratissimæ ac Catholicissimæ Maje
statis Suæ, ut notissimum erit Cancellariæ Viennensi, non sine magnis expen
sis ejusdem Conventus Tynecensis, prout in instructione definitiva pa
tentissime deducitur ac docetur: Ubi et modo per me indignum et una me
cum infrascriptum Exoratorem non cessat sacratissimas plantas Majesta
tis Suæ deosculari ac venerari, ut tandem semel determinata Sententia
penes instructissimam causam intentiones fundatorum adimpleantur,
et quasi novum Monasterium excitetur in quo diu noctuq[ue] Omnipotens
Deus pro felicissimis Successibus Sacratissimæ ac Catholicissimæ Majestatis
Suæ totaq[ue] Christianitate exoretur ac laudetur. Suamq[ue] Sacratissimam

ac

ac Catholicissimam Majestatem pro his restitutis Pagis, tot regnorum hæredem
præficiat ac Constituat. Et quod maximè nè animæ Dominiorum Possessorumq Suorum
exemplo fraude hæretica deceptæ in apostasiam abeant, quia quò magis Causa
indecisa manet, eo copiosiores in illo errore seductos pereunt, quarum interitum
de manibus litem protrahentibus exquiret Altissimus. Hæc ut plurimum affulget spes salutis miseris animabus, quia sub Sacræ Cæs. Mtis Vestræ extant
imperio, quas perire non permittet, et in hæreseos voraci scylla naufragari
non sinet. Totum itaq Cœlum pro his gratijs Sacratissimæ ac Catholicissimæ
Majestati Suæ per intercessionem Sanctorum Patronorum loci illius miraculis
Clari favebit. Ordoq Sacratissimus Benedictinus cum Conventu Tynecensi
pro præstito beneficio perpetuo erit devotus. Conventus verò ibidem erectus
ut erga restauratorem in ævum pius ac obstrictus, quod ita promittit Sacratissimæ Cæsareæ ac Catholicissimæ Majestati

humillimus Servus
ac Indignus Exorator
Pr. Lambertus [illegible] Connu
Electus Abbas Brevnoviensis
Ordinis S. Benedicti.

Inquire folio 99. Tynecij in libro ~~II~~ 2do Privilegiorum.

Henrici Ducis Silesiæ Privilegium quo adiudicat Villam Grodziec Ludfrido et Abbati Tynecensi.

In Nomine Sanctæ ac individuæ Trinitatis Nemo prudens pia Majorum facta dissolvit vel impugnat. Omnibus enim quæ a Majoribus pie sunt collata et firmata pia debetur à Successoribus reverentia. Hac ratione per Sancti Spiritus gratiam inductus ego Henricus Dux Silesiæ et Cracoviæ devotam ac laudabilem Patronorum meorum Principum inclitorum Mesconis et Lectonis largitionem qua Monasterio Apostolorum Principum Sancti Petri honori constructo Tynecia vocato quandam Villam dictam Grodziec perpetuo contulerant sicut in eorum Privilegijs inde plenius confectis continetur, et innovo et confirmo scire cupiens nostros Successores quam prædictam Villam quidam Comes nomine Segotha sua præsumptione contra justitiam Dei ac dictorum Principum Privilegia à Monasterio iam dicto alienare tentaverat, Nobis igitur in Cracovia Civitate personaliter commorantibus post mortem Patrui Nostri Ducis Lesconis Anno M.CC.XVIIII accedens ad nostram præsentiam Dnus Abbas Ludfridus in prædictum Comitem Segotham suis non modicis querellis coram Nobis est querellatus et nos Deum solum habentes præ oculis cujus universæ viæ misericordia et veritas per ipsum justum iudicium fecimus sedendo pro tribunali cum Nostris Baronibus in monte modico ad Ecclesiam Sancti Michaelis die dominica sexto calendas februarij, quam in publicum uterque eorum Abbas et Segotha protulisset suum Privilegium taxantes per divinum et veracissimum iudicium Segotham cum suo falso Privilegio fore calumniosum Abbatem verò et eius Privilegia iusto Dei iudicio per omnia justificavimus. Et ne cuiquam vel supradictorum tantorum Principum erga Religiosos tam Venerabilem devotionem vel nostræ innovationis et justi iudicij confirmationis robur temerè violare liceat præsentem paginam

perpetuis valituram temporibus authoritatis Nostrae Sigillo ac legitima testium sub scriptione communimus ac roboramus praedictam Villam Grodziec cum omnibus suis perti nentijs Beato Apostolorum Principi Petri in Tynecia conferentes perpetuae donationis Titulo pro nostrarum animarum et nostrorum seu Successorum. Si quis autem haec viola re praesumpserit à Deo perpetuo sit damnandus Amen. Testes autem hi praesentes fuerunt Dux Sobeslaus filius Theobaldi Ducis Boemiae Stephanus Palatinus Wratislaviensis Marcus Palatinus Cracoviensis, Radoslaus Judex Curiae, Clemens filius Clementis Magister, Andreas Frater ejus Praepositus Sancti Michaelis, Dnus Prosectus Abbas Querinen Petrus Prior ejus Dnus Crisanus SubCancellarius.

Privilegium Mesconis Ducis Oppoliensis super Scultetiam Zablocen sem N. Przechoni Anno 1232.

Nos Mesco Dei Gratia Dux Oppoliensis et Dnus Tessinensis et Ratiboriensis etc: Recogno scimus Universis et Singulis cum tenorem praesentium quicunque hanc praesentem litteram vident vel eam legerit quod nos dedimus damus Nobili Przechoni Scultetiam in Zablocie sibi et Suis Successoribus legitimis pro Servitio quod nobis facit et adhuc dies antiquos facere vult nobis et Nostris Successoribus, et etiam Molendinum et duos Kmethones et duos hortulanos et Taburnam et Sutores et pistores in praedicta Villa Zablocie, et cum omnibus et Singulis pertinentijs agris pratis Sylvis et Simili cum omnibus et singulis nihil manendo nobis nec Nostris Successoribus ita sicut nos praedictam Scultetiam vel nostri antecessores habuerunt et tenuerunt cum omnibus Juris et dominijs et specia lissime cum omnibus et Singulis pratis agris silvis quaecunque in mansuatis agris non fuit vel silvis vel pratis et hoc praedicto Przechoni pro Servitio constituimus dedimus damus et mandamus quandocunque nos et nostri Successores ~~venire ad medium~~ ~~ad praedictam~~ ~~Villae praedictae~~ veniemus ad praedictam Villam dt praedictus Przech vel sui Successores venire ad medium Villae praedictae ubi pelluntur Vaccae vel alia animalia ad campum cum baculo vel cum Josa et nos vel nostros Successores suscipere reverenter et pileum vel mitte ram exsumere de capite et nobiscum vel cum Nostris Successoribus transire ad

NOH.
ad unum dimidium epitalis unius milliaris et contra domum revertere in domum suam in cu
ius rei testimonium Sigillum Nostrum praesentibus est appensum. Actum et Datum in Oppol
in Castro in Nigra Stuba et cum hoc et penes hoc fuerunt Nobiles et fideles nostri dilecti
Georgius et ~~Schonowitz~~ Schonowuz ac Dnus Joannes de Prawintz, et Blasius de longa Villa
et Andreas Miles de Castro Otonic et haeres de Proskowicz, et Nicolaus de Loczow noster scri
ptor Anno Dni Millessimo Ducentessimo trigesimo et duo anni.

Mandatum Procuratorium Joanni Frydrychowiski in Causa Orloviensi

Jacobus Piotrowicz Gregorius Seveniensis suppior, Stanislaus Andreioviensis et
Nicolaus Szygielski Thesaurarij Caeteriq[ue] Fratres Conventus Tynecensis ad Sonum
Campanae Capitulariter Congregati
Universis et Singulis quorum interest aut quomodolibet interesse potest significamus
quia fecimus et constituimus verum et legitimum Procuratorem Illustrem ac Adm[odum]
Rdum Dnum Joannem à Frydrychowice Frydychowski Decanum et Commissarium in
Spiritualibus Dominij Loslensis Parochum Oderbergensem nostri Conventus Commis
sionum Inquisitionis transactae ad Generalem Commissionem ex Speciali mandato
Invictissimi Imperatoris in Ducatu Oppaviensi institutam reassumendi in Appel
lationeq[ue] Pragensi deposita testimonia levandi, et quoscunq[ue] actus desuper neces
sarios coram quibusvis personis et Officialibus faciendi eaq[ue] omnia reassumpta et
levata in manus nostras et Conventus Nostri quam primum tradenda et restituendi.
Ita ut quidquid ab illo factum hoc in Negotio fuerit id nos ratum et gratum habi
turos pollicemur. In Cujus rei fidem praesentes manibus Nostris subscripti et Sigillo
Communiri fecimus Datum in Monasterio Nostro Tynecensi 4 Novembris
Anno Dni 1634. ex libro Archivi Tynecensis Albo exceptum

Recognitio Rdi Patris Joannis Chrysostomi Brzeski super relictam Commissionis Inquisitionem Pragae.

Ego Fr. Dr. Joannes Chrysostom. Brzeski Custos Thesauri Conventus Tynecensis legitimus Plenipotentiarius in Negocijs Abbatiae Orloviensis concernentibus officiose ab Admodum Rdo Patre Jacobo Piotrowicz Priore totoq Venerabili Conventu Tynecensi Ordinis S. Benedicti Diœcesis Cracoviensis Fratribus meis dilectissimis et observandissimis constitutus, Recognosco et in vim conscientiae meae testificor, me deposuisse occlusum Rotulum Inquisitionis Commissionis in Appellatione Pragensi cum efficaci mandato Invictissimi Imperatoris in manus Illustrissimi et Magnifici Dni Dni (Titulus) Thalenberg supradicti Tribunalis Principalis Praesidentis in Anno Dni 1631 mense Octobre. Quae Commissio Inquisitionis Excellentissimo Dno Doctori Credalio Assessori Appellationis pro ulteriori informatione exhibita est. Cum verò personalem praesentiam ad Rotulum illum levandum notabilis defectus sanitatis meae ob malitiam hostis debachante rabie haereticorum impedierit Latori Attestationis Admodum Rdo Dno D. Joanni a Frydrychowice Frydrychowski Decano et Commissario in Spiritualibus Dominij Lesnensis supradicti Negotij Plenipotentiario legitimè a Conventu nostro constituto licentiam recipiendi et levandi hanc Inquisitionem Commissionis Superiores Nostri vna mecum dandam esse duxerunt. In Cujus rei firmius robur praesentes manu mea scriptas Sigillo Conventus nostri Communiri feci. Datum in Monasterio Tynecensi die 5ta Novembris Anno 1634

Idem qui supra Joannes Chrisostom.
Brzeski mpp

Ex libro Albo Archivi Tynecensis excerpta

103

Recognitio Joannis Frydrychowski

Ego Joannes a Frydrychowice Frydrychowski Decanus et Commissarius in Spiritualibus Dominij Leslensis Parochus Bochumiensis. Promitto hisce Admodum Rdo Patri Jacobo Rotrewig Conventus Tynecensis Priori reassumptionem Commissionis ante aliquot annos transactæ per mandatum Invictissimi Imperatoris Ferdinandi Secundi in Commissionem Executionis ad Decretum Apparientem evocare insuper Rotulum Commissionis in Appellatione Pragensi depositum pro posse recuperare vel à judicio Appellationis impedimenta Causæ declarare. Item fateor me recepisse Copiam Commissionis in Cujus rei Fidem hanc recognitionem manu mea subscripsi Datum in Conventu Tynecensi 8 Novembris Anno Dni 1634

Ex libro albo Archivi Tynecensis excerptum. Idem qui supra

Participatio bonorum Spiritualium A Joanni Frydrychowski.

Theodorus Gorayski Prior Tynecen. Gregorius Severiens. Suppprior, Stanislaus Andreaeioviensis et Nicolaus Sczygielski Thesaurarij Alexander Novonski Propositus Infirmorum Cæterique fratres O.S.Benedicti ejusdem Conventus Admodum Rdo Dno Decano et Commissario in Spiritualibus Dominij Leslensis Gratiæ Xti cum incremento salutis pariter et honoris abundantiam.

Attendentes una cum Conventu Nostro devotionis sinceritatem et affectum vestrum piæque dilectionis favorem, quem ad Nostrum, et Ssmi Patris Nostri Benedicti genitis Ordinem, necnon vicem salutarem refundere cupientes, dignum putavimus et Divinæ acceptabile voluntati ut ab ipso Ordine prærogativam sentiatis

Spiritualium

Spiritualium gratiarum, Ea propter vos ad Confraternitatem nostram, et ad diver
sa et singula nostrae Congregationis suffragia in vita recipimus pariter et in mor
te. Plenam participationem omnium charismatum, et Spiritualium bonorum utpote
Missarum, orationum, suffragiorum, Officiorum Divinorum, ieiuniorum, abstinentia
rum, disciplinarum, poenitentiarum, inspirationum, meditationum, contemplationum
devotionum, et omnium aliorum Spiritualium bonorum, quae per fratres nostros
clementia Divina operari et acceptare dignabitur, tenore praesentium gratiose
vobis conferendo. Addimus insuper de dono et gratia singulari, quod cum Divinae
placuerit voluntati vos de exilio instantis miseriae vocare vesterque obitus (multo
annuente Divino differendus tempore) nostro fuerit Capitulo legitime nuntiatus
idem volumus, ut pro vobis fiat officium, quod pro benefactoribus nostris defunctis
fieri consuevit. Harum litterarum vigore mediante, quibus in rei testimonium
manibus nostris subscripsimus et Sigillum Conventus Nostri est sub appensum
Actum et datum in Coenobio nostro Tynecensi feria V. Februarij Anno Dni
A D. XXIIII Fr Theodorus ~~[illegible]~~ Gorayski Prior Tynecensis mpp.

4 64

Specificatio Villarum Spectantium ad Abbatiam Orloviensem: tum Privilegiorum, quo aliqua earum possit muniri ac firmari.

Orlova.	Haec ad totum processum spectat tanquam caput et Principalis Villa. Caeterarum Villarum munimenta ostenduntur sub numeris infrascriptis.
Lazy.	4.18.21.22.23.24.28.31.32.34.35.36.37.
Dubrowa.	2.4.6.9.15.21.22.24.28.30.31.32.34.35.36.37.
+ Koczobontz.	2.4.6.9.21.22.25.28.30.31.32.34.35.36.
Gierlicko.	2.4.6.9.21.22.28.30.31.32.35.36.
+ Wierzbica.	2.4.5.6.9.12.28.30.31.32.34.35.36.39.
+ Zablocie.	2.4.6.9.10.15.16.17.18.21.22.28.30.31.32.34.35.36.37.
Ostrava Polo.	2.4.6.9.21.22.28.30.31.32.34.35.36.
Zukow	2.4.6.9.21.22.28.30.31.32.35.36.
Soltsa.	4.21.22.28.30.31.32.35.36.
Poremba.	4.18.19.21.22.24.28.30.31.32.34.35.36.
Gorzice Maj	2.4.6.9.21.22.27.28.30.31.32.34.35.36.
Lutynia Ger	4.21.22.26.28.31.32.34.35.36.
Ditmarovian	4.21.22.26.28.31.32.34.35.36.
Reychwalda	4.21.22.28.31.32.34.35.36.
Vchylsko	2.4.6.9.21.22.28.31.32.35.36.
Grodziec.	2.4.6.9.21.22.28.31.32.35.36.
Goltkowice.	2.4.6.9.21.22.28.31.32.35.36.
Grusow.	2.4.6.9.21.22.28.30.31.32.35.36.46.
Lutynia Polo.	4.21.22.28.31.32.34.35.36. Lutynenses Rustici asserunt e Colonos et unam hortulaniam spectasse vulgo az pod Skotnice.

Nasz powiedział Pan: Per multas tribulationes oportet nos ingredi in Regnum Caelorum. Gdy tedy zado-
wolnic te trzy Kondycye wiedzieć o tym z pewne [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nasz Pan J.
Wielki S. Bernard powieda że nie może [illegible] z Kalstwa na [illegible] [illegible] nad to [illegible] jedno to
Imię Jezusowe Nihil ita [illegible] nomen [illegible] iracundiae impetum cohibet superbiae tumorem sedat, livoris
vulnus sanat, Luxuriae fluxum restringit, libidinis flammam extinguit, sitim avaritiae temperat
ac totius dedecoris pruriginem fugat. Nie może nie tak [illegible] jako to Imię Jezus
[illegible] gniew zatrzymuje, [illegible] [illegible] Rany [illegible] [illegible] wszelkie [illegible] [illegible] w [illegible]
[illegible] gosi, [illegible] wstrzymuje y wszystkie [illegible] przystojne [illegible] odpędza. [illegible]
tenże Pan o sobie powieda: Ego sum via veritas et vita. Chcesz iść w drogę on jest drogą
[illegible] chcesz iść on jest prawdą [illegible] [illegible] on jest żywotem. [illegible] jeden
Symbolista [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] via. [illegible] [illegible]
[illegible] między [illegible] [illegible] do [illegible] jednego [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] do mnie
[illegible] [illegible] dobry zapłaty [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] nie [illegible]
[illegible] ale [illegible] oto was sam wzywa [illegible] Venite ad me qui laboratis et onerati
estis et ego reficiam vos, podźcie do mnie [illegible] który [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
was posile. [illegible] wam [illegible] nie dostało [illegible] Bernard S. Mariam cogita, Mariam in-
voca. Non recedat ab ore, non recedat a corde, ipsam sequens non devias, ipsam cogitans
non erras, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia pervenis. Wzywaj Maryi [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] za nią idąc nie [illegible] [illegible] myśląc nie [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Matkis mea Koronkę ci oddat y zawarł od przy Matki moiey. Dziękuię tedy w Młodych
bywaiąc nieqarnych siebie albo potężną dobrą Sumą Przyrzeczonego Nowego Roku
porzucony zła y zastarzałe nałogi z starym rokiem — tak y ku przyrzesie
do niego [illegible] w którym sposobie iakoby się go mieli znaleść o tym będzie K. M. M.
Którędy chce się Błahiemu znaleść barzo y u siebie go w swoim iako w Pałacu iak na zaw-
wsze przez te trzy Kondycye ma uprzątnąć Pałac serca swego y tam mieszkanie Bog
sprawić. Pierwsza tedy iest Kondycya żeby nie inszego iedno tak aby wszystkie swoie złe Nałogi
y zastarzałe złości porzucił y z nich wyznawszy miał do nich się więcey nie wracać iako mówi
Prorok S. Qui diligitis Dominum odite malum. Który Kochacie Boga miejcie w nienawiści grzech.
Ale podobno ciężka będzie na was ta Kondycya która na was nakłada się w Rekach szad
Cielesnych uprzątnąć wszystkie trudno wam będzie te nałogi porzucić. Skuteczna-
Amb. Co mówi Ambroży S. Magnam patiunt tempestatem multitudines cupiditatum et velut
in quodam freto Corporis navigantem Animam pene atque inde perturbant. Wielką
cierpi nawałność y przeciwność rozmaite pożądliwości y tak iako na Wodzie Łódź od
wiatrów y tam y sam rzucana bywa tak Ciało ludzkie rozne myślami dusze zarzucanie
w niebezpieczeństwo podaie. Zaczem tedy który się Kiedy w takowych myślach a ony przez
odsebie nieczystej nie może mieć u siebie swego Boga. Teraz Druga Kondycya iest do
pozyskania Łaski Pańskiej aby Uprzątnąwszy y porzuciwszy złe nałogi swoie y zastarzałe
grzechy strzegł przykazania Pańskie y Kościelnego Sprawiedliwie nagłego pozegnania
Ioa: 14 nie mówiąc Qui habet Mandata mea et servat ea ille est qui diligit me. Qui autem diligit
me diligetur a patre meo et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Kto ma
przykazanie moie a chowa ie ten iest który mnie miłuie y Kto mnie tedy miłuie
będzie od Oyca mego Kochany y ia miłuię go y Ukaże mu siebie samego. Bo Kto nie
Augustyn S. mówi. Totum hominis bonum est amare Deum. Totum malum hominis est non
amare Deum. Wszytkie dobro y wszytko szczęście człowieka w miłości Boga. Które ktory nie
ma to wszytko złe y wszelkie nieszczęście y ostatnie znamie zguba wieczności y Każdemu swemu
Trzecia Kondycya iest do Najwyższa Łaski Pańskiey aby z tego W. K. pomnażał się w dobrych uczynkach
iako na przykład [illegible] A fructibus eorum cognoscetis eos. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit
Mamałe dla tego arbor malos fructus facit. Z owoców ich poznacie ich. Mówi y. Dobre drzewo dobre
owoce wydaie złe zaś drzewo złe owoce wydaie. Taki mówi S. Paweł ... dobre drzewo
Cor. 1 15 który mówi Itaque fratres mei dilecti stabiles estote et immobiles abundantes in omni opere
Domini semper scientes quod labor vester non est inanis in Domino. Jakoż tedy Nayn...
Bracia Stateczni bądźcie obfituiąc w uczynkach Pańskich zawsze wiedząc że trudy
prac wasze nie iest daremne u Pana Boga. Na coż grzegorz święty któż to przez Miłość
Boga tedy trudzić się przyposobić swego a wrota nieba iego niewspiera u którego dla swoiey
Miłosny ... tamen Deigratiosus operatur enim magna si est. Si autem operari renuit
amor non est. ... wiele takich ludzi którzy ... wedle ... swoich
prowadzi y do Nieba się dostać ale trudno z Rozkoszy do Rozkoszy ... ze swiata

[illegible] modlitwo twoie y [illegible] twoie oto [illegible] domu twoiego przyszło [illegible]
[illegible] dzień trzeci pójdziesz [illegible] to [illegible] wszystko [illegible] tey ze mne
Is. 9 [illegible] ale y [illegible] Parvulus natus est
nobis, et filius natus est nobis [illegible] [illegible]
[illegible] którzy [illegible] napisano u Mat.
Mat. 18 [illegible] Nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in Regnum Coelorum
[illegible] w [illegible] dziatki [illegible] do królestwa
niebieskiego [illegible] przed Maiestatem tego. [illegible] za wasze [illegible] płacząc
[illegible] y [illegible] de [illegible] święte to
nie [illegible] pokrzyżu [illegible] Bożego [illegible]
[illegible] od [illegible] lata [illegible] Ewangelia [illegible]
[illegible] modlitwie [illegible]
2 Thes. 3 bonus sine intermissione semper [illegible]
[illegible] naszego [illegible] który nas upomina oportet
semper orare et nunquam deficere [illegible] Mariey [illegible]
[illegible] błogosławiony [illegible] aby [illegible] Msza
Epiph. [illegible] Mowi [illegible] Epiphanius [illegible] certe [illegible] S. Virgo [illegible] inimicitias dissolvit
porta pax coelestis donata est mundo porta mors conculcatur, et [illegible] pre
te [illegible] przez [illegible] wszystka [illegible]
[illegible] przez [illegible] cała [illegible] przez cię [illegible]
[illegible] y [illegible] A [illegible]
[illegible] y [illegible] do [illegible]
Gr. [illegible] y [illegible] Te Mater salutis habemus ad [illegible] Nasze
go [illegible] pomocnicę [illegible] Bogo: [illegible] rzeczy [illegible]
[illegible] wszystkiego [illegible] y [illegible] wasze [illegible]

Thema. Vocatum est nomen eius Jesus Lucae 1

[illegible] miał to Imię [illegible] to Imię [illegible] to Imię [illegible] y [illegible]
[illegible] wszystko [illegible] y [illegible]
y darów [illegible] y [illegible] aby [illegible] tego
Imienia [illegible] y [illegible] y [illegible]
[illegible] y [illegible] y [illegible] tego [illegible] y [illegible]
[illegible] Dawid aby [illegible] N. [illegible] quando
